UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

G

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

# POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER VII.

## G

## Garrulitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

GARRVLITAS, ἀδολεσχία. Hebr. *hemiah, & hamith*, id eſt, Strepitus, ſonitus, vox clamor, à verbo *hamah*, tumultuatus eſt, ſonuit tumultuosè, tumultum concitauit, inſonuit, fremuit, vt quum in magna multitudine & copia confuſæ voces ingentem atq; in conditum ſonum edunt. Quæ ſignificationes garrulo ſine mente voces effutienti garrulitatiſq; maximè conuenient. Solent enim garruli aures patulas obtundere, ita vt obſcurdeſcant, tanquam ad Nili catadupa, qui iſtos auſcultant. Hebræis etiam *Homullah* dicitur ſtrepitus loquelæ copioſæ, ſonitus ſermonis magni ſeu prolixi, Hinc ὁμιλέω, loquor in magna copia hominum, concionor, ὁμιλία ſermo, homilia, ὅμιλος cœtus. Garruli equidem merito oratorum, & Eccleſiaſtarum ſimioli dicendi ſunt. Quod enim prudentes & pii de rebus ſeriis ſacriſque grauiter pronunciant, iſti circa nugas verſantes ridiculè effutiunt.

Garrulos Græci ἀδολέσχας, quaſi auidos confabulandi, παρὰ τὸ ἄδεσθαι τῇ λέσχῃ nuncuparunt. Veteres Latini fatuos dixere: eſt enim fatuus à fando, & inepta loquentem notat. Ἀδόλεσχον Græcorū fabulatorem etiam & nugatorem Latini vocant, ἀδολεσχίαν nugas.

Garrulitatem, & garrulum his doloribus graphicè depingit Theophraſtus *in notationibus morū*. Garrulitas eſt longorum, & inconſideratorum ſermonum effutitio. Garrulus autem eiuſmodi eſt, qui apud ignotum iuxtim ei aſſidens, vxoris & ſuæ laudes prædicare inſtituat deinde: quod præcedenti nocte ſomniauerit, id narret: tum quæcunque in cœna ſibi fuerint appoſita, omnia ſigillatim recenſeat. Mox verò vbi incaluerit, homines huius ſæculi dicet eſſe antiquis deteriores: frumenta in foro vili væniſſe pretio: peregrinos eſſe in vrbe quā plurimos: mare ſtatim à Dionyſiis patere nauibus: & ſi Iupiter pluerit, eorum quæ terra conduntur meliorē fore prouentum: ſeque agrum ſuum inſequentem annum eſſe culturum: ait etiam viuendi rationes eſſe perdifficiles: & quum myſteria agitarentur, Dannipum facem omnium maximam ſtatuiſſe. Quærit etiam, quot ſint Odei columnæ? & Quotus hic eſt menſis dies? Quod ſi quis patientem ſe præbeat, nunquam ille ab ea diſcedet. Narrabit myſteria menſe Boedromione, Apaturia Pyanepſione, Poſideone vero quæ agitantur ruri Dioniſia ſolita celebrari. Id genus dimiſſis manibus grandique gradu fugiat oportet, quiſquis febre carere volet. Difficile eſt enim cum iis durare, qui neque otii neque negotii tempora diſtinguere norunt.

Horatius Satyrarum lib. 1. Sat. 9. Cuius initium, *Ibam fortè via Sacra*, & Plutarchus libello pulcherrimo de Garrulitate, hominis garruli characteres luculenter propoſuerunt. Vide *famigeratio, & loquacitas.*

¶ SENTENTIAE SACRAE.

Mulier meretrix, garrula & vaga deſcibitur, *Prou.* 7. 10.
In multiloquio non deerit peccatum, *cap.* 10. *v* 19.
Homo verboſus ſeparat principes. *c.* 16. *v.* 28.
Ethnici putant quòd in multiloquio ſuo exaudientur. *Matt.* 6. 7
Diotrephes perſtringitur ob malignam garrulitatem. *Ioan. epiſt.* 3. *Verſ.* 10.

PLVTARCHI DICTA QVAEDAM EX LIBERO
*περὶ ἀδολεσχίας, aduerſus garrulos.*

Morbum curatu admodum difficilem atq; moleſtum in curam recipit philoſophia, garrulitatem.

Hoc primum habet malum garrulitas, quod non ta[…]

Garruli naturam reprehendunt, quod vnam quide[…] duas autem aures habeant.

Alii quidem ſermones continent, garruli verò ple[…]rum & perfluunt: deinde, tanquam vaſa, mente caſſ[…] obambulant.

In eo ſunt infelices, quòd neq; audiunt neq; audi[…]

Sermonis proprius finis hic eſt, vt fidem faciant au[…]mo autem fidem habet loquacibus, etiam ſi vera lo[…]

Quod in corde ſobrii eſt, id in lingua eſt ebrii.

Temulentus nugatur inter pocula: garrulus autem [… in] foro, in theatro, in deambulatione, interdiu, noctuque.

Iucundius cum prauis, dextri tamen ingenii, habe[…]um, quàm cum bonis, ſi ſint garruli.

Animæ cæteri morbi partim ſunt periculoſi, partim [… par]tim ridiculi: garrulitati autem hæc omnia accidunt.

Dicendi magiſtros habemus homines, tacendi au[…] ſilentium in initiationibus myſteriiſque quaſi per ma[…]entes.

Ægyptiorum rex quum Pittaco victimam miſiſſe[…] optimam ac peſſimam carnem eximere, linguam e[…]ſit; quaſi bonorum quidem, non minus tamen, & ma[…]lorum inſtrumentum eſſe.

Qui ingenuam regiamque conſequuti ſunt erudi[…]mum ſilere, deinde loqui didicerunt.

Loquutum eſſe, ſæpe me pœnituit, inquit Simoni[…] nunquam.

Silentium non ſolum ſitim non conciliat, vt ait Hip[…]rum neque triſtitiam, nec dolorem.

*Exempla & Similia elegantiſſima de garrulitat[…] continet.*

EX STOBAEI Sermone. 36.

Dicendi modus non penes loquentem eſt, ſed pene[…]

In garrulo verborum flumen, mentis gutta.

Auaritia quædam eſt, omnia belle dicere, & nihil a[…]

Iſocrates cuidam locutuleio quærenti, cur dupli[…] ab eo oratoriæ artis ſtudioſo poſtularet, reſpondit, a[…] loqui, alteram vero vt tacere diſcas.

Loquacitas, multos errores habet, tacere autem […]

Optimi hominum in dicendo breuiſſimi ſunt. […] tantum in loquendo moleſtiæ caperent, quanta re[…] haud ſanè longos ſermones traherent.

Homines magnum poſſident vallum dentium ad[…]ues ſermones.

EX ANTONIO ET MAXIMO
*Serm.* 15.

De omni verbo otioſo quod locuti fuerint homines […] reddent in die iudicii. *Chriſtus, Matt.* 12. 36.

Sit omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad lo[…] *Iacob.* 1. 19.

Noli linguâ omnia audere, nec quid tibi accidat […] quemadmodum oculus totum volens intueri ſolem, […] habet lumen perdit. *Baſil. Mag.*

Labendi cauſa eſt lingua, quæ non ratione guberna[…] *auzenus.*

Pecuniarum damnum reſarcire licet: ſemel autem e[…]bum reuocare non licet. *Chryſoſtomus.*

Hirundines tecto ne excipe. hoc eſt, homines garrul[…] incontinentis, contubernales tibi ne aſciſcito *Cyrillus*

Si imperas ventri, impera & linguæ: vt ne huius [… ſo]lo autem ſtultè liber. *Nilus.*

¶ POETICAE SENTENTIAE
Theognidis.

Πολλοῖς ἀνθρώπων γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκειν[…]
Ἁρμόδιαι, καί σφιν πόλλ' ἀλάλητα […]

*Πολλάκι γὰρ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδοθεν ἦλθεν.*
*Ἐσθλὸν δ᾽ ἐξελθεῖν λῷον ἤ τὸ κακόν.*
*Multis hominibus nonnulla ianua linguæ obditur*
*Conuenienꝭ & multa in ipſis occultanda comparent.*
*Sæpius enim latitans malum intrinſecus proceſſit:*
*Melius autem fuerit boni quippiam egredi quam malum.*

Euripides in Hippolyto coronato.

*Γλώσσῃ γὰρ οὐδὲν πιστὸν ἣ θυραῖα μὲν*
*Φρονήματ᾽ ἀνδρῶν νουθετεῖν ἐπίσταται,*
*Αὐτὴ δ᾽ ὑφ᾽ αὑτῆς πλεῖστα κέκτηται κακά.*
*Nulla fides linguæ eſt, quæ alienos quidem*
*Animos hominum admonere callet,*
*Ipſa vero ex ſeſe plurima mala poſſidet.*

Eiuſdem in Medea.

*Οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις Κρέον,*
*Ἔβλαψε γλῶσσα, μεγάλα τ᾽ εἴργασται κακά.*
*Non primum hunc mihi, ſed ſæpius ô Creon,*
*Lingua nocuit, & ingentia mala tulit.*

Aſtydamantis.

*Γλώσσης περὶ παντός ἐστιν ἀδολεσχία.*
*Λῆρεις ἐν δ᾽ οὐ τῷ καιρῷ φιλοσοφῶν.*
*Garrulitas eſt deambulatio linguæ.*
*Nugas ais, dum philoſopharis intempeſtiue.*

Homeri.

*Καί τι ἔπος προέηκεν ὅπερ τ᾽ ἄρρητον ἄμεινον,*
*Αἰεὶ ἀκμὴ μύθους λαβρεύεται. οὐδέ τι σε χρὴ λαβραγόραν τ᾽ ἔμεναι*
*Et verbum aliquod protulit, quod melius fuiſſet indictum,*
*Sed ſemper immodeſta verba fundis. Non te poſthac oportet*
*intempeſtiuum eſſe loquendo.*

Nicoſtrati.

*Εἰ τὸ συνεχῶς καὶ πολλὰ καὶ ταχέως λαλεῖν,*
*Ἦν τοῦ φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες*
*Ἐλέγοντ᾽ ἂν ἡμῶν σωφρονέστεραι πολύ.*
*Si continue, & multa celeriterque loqui,*
*Signum eſſet prudentiæ, tum hirundines*
*Dicerentur multo ſapientiores nobis.*

Euripidis.

*Σὺ δ᾽ εὔτροχον μὲν γλῶσσαν ὡς φρονῶν ἔχεις.*
*Ἐν τοῖς λόγοισι δ᾽ οὐκ ἔνεισί σοι φρένες.*
*Tu vero linguam quidem volubilem habes, uti vir prudens.*
*Sed in ſermonibus tuis nulla mens ineſt.*

Sophoclis.

*Κόσμος δ᾽ ἐστὶ γῆς στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ.*
*Τὸ δ᾽ ἐκλαλοῦν, οὐδ᾽ ἡδονῆς μὲν ἅπτεται,*
*Κακὸν δ᾽ ὁμίλημ᾽, ἀσθενὶς δὲ καὶ πόλει.*
*Decorum ſilentium corona eſt viri boni:*
*Loquacitas autem neque iucundum aliquid habet,*
*Et mala eſt conuerſationi, & inutilis ciuitati.*

Martial. lib. 5.

*Crede mihi, quamuis ingentia Poſthume dones,*
*Autoris pereunt garrulitate ſui.*

Horatius, epiſt. lib. 1. 18. epiſt.

*Percontatorum fugito: nam garrulus idem eſt,*
*Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.*

Idem, de Arte poet.

*Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.*

Plaut. in Aulul.

*Multum loquaces merito omnes habemur:*
*Nec mutuam profecto repertam vllam eſſe*
*Hodie dicunt mulierem vllo in ſeculo.*

¶ Apophthegmata.

*Zeno Citticus*, audiens adoleſcentem nimis garrulum: Aures (inquit) in linguam defluxere. Oſtendit autem adoleſcentis eſſe audire quidem multa, loqui autem pauca. *Laer. l. 7. c. 1. Stob. ſer. 6.*

*Idem*, alium multa garrientem, hoc dicto Zeno corripuit: Ob id binas habemus aures, & os vnicum, vt plurima audiamus: loquamur autem pauciſſima. *ibid.*

*Idem*, adoleſcenti confidenter loquenti, Non dixeram, inquit, ô adoleſcens, quæ mihi ſuccurrunt: Significans ex ſermonis procacia colligi morum impudicitiam. *ibid.*

*Idem*, è diſcipulis ſuis aliquos dicebat eſſe φιλολόγους, id eſt, variæ rerum cognitionis ſtudioſos: alios vero λογοφίλους, id eſt, loquendi tantum ſtudioſos. *Stob ſerm. 39.*

*Idem*, quum percontatus eſſet à quodam homine ſatis contentioſo, An virtus vtilis eſſe? renuit, non volens verbis reſpondendo ei occaſionem dare litigandi. *Eod ſerm.*

*Idem*, adoleſcenti in Academia de rebus & negotiis friuolis garrienti, dixit: Niſi lingua in mentem intincta diſſerueris, adhuc multo amplius dicendo delinques. *ibid.*

*Clearchus*, quæ nolis audire (inquit) ea etiam ne dicito: quæ nolis dicere, ea ne audito quidem. Aurium enim & linguæ magnum eſt periculum. *Max. ſer. de temeritate linguæ.*

*Plato*, cum Antiſthenes aliquando in diatriba longam orationem habuiſſet: Ignoras, inquit, quod dicendi modus non penes loquentem, ſed audientem eſt. *Stob. ſer. 27. Max. ſer. 47.*

*Menedemus*, quendam friuolis nugis obſtrepentem, rogauit, num fundum haberet? Vt is reſpondit, ſibi plurimas eſſe poſſeſſiones. Abi igitur, inquit, & illas cura, ne turpiter eas perdas. Notauit autem hominem inaniter garrulum, qui ad agros colendos magis eſſet idoneus, quam ad dicendum. *Laert. lib. 2. c. 16.*

*Apollonius* dicere ſolebat, Loquacitatem quidem multos habere errores, ſilentium autem tutum eſſes. *Stob. ſer. 37.*

*Idem* interrogatus, qui eſſent hominum optimi? qui in dicendo (inquit) ſunt breuiſſimi. Linguaces autem ſi tantum moleſtiæ caperent, quanta reliquos afficiunt, haud ſane longos ſermones facerent. *ibid.*

*Demoſthenes*, in conuiuio cuidam multa loquenti: Si tam multa, inquit, ſapuiſſes, nunquam tam multa locutus eſſe. *ibid.*

*Idem* rogatus, cur vnam habeamus linguam, aures vero duas? Quia, inquit, duplo plus audiendum quam loquendum. *ibid.*

*Euſeb. philoſ.* dicebat, homines magnum poſſidere vallum dentium ad coercendos leues ſermones. Nos in omni re iudicio mentis indigere, quæ ſi verba non direxerit, ſæpius ante conſultationem effugiunt: & tanto vallo neglecto, citra iudicium ante tempus foras ruunt. *ibid.*

*Lycon*, oratores ranis ſimiles eſſe dicebat: his enim in aqua clamare. illos vero ad clepſydram. *ibid.*

*Idem* dicebat, quemadmodum hirundines perpetuo garritu familiaritatis voluptatem perdunt, ſic garrulos perpetuo obtundentes moleſtos eſſe auditoribus. *ibid.*

*Democrates*, auaritiam quandam eſſe, dicebat omnia velle dicere, & nihil audire. *Stob. ſer 36. & Max ſer. 47.*

*Iſocrates*, cum loculuſ reus quidam nomine Caræon, in diſciplinā eius recipi vellet, duplicem mercedem poſtulauit. Illi vero cauſam interroganti, dixit: Alteram quidem peto vt loqui diſcas, alteram autem vt tacere. *Stob. ſerm. 36. Ant. Meliſſ part. 2. ſerm. 40. Max. ſer. 47.*

*Archelaus*, tonſori garrulo ſubinde roganti, Quomodo te radam, ô rex? Silendo, inquit. Alter aliud reſponſum expectabat, & hinc dicti lepos. Quidam ſunt incuratione moroſi, Archelao ſatis erat, ſi ſileret. Nobis autem interdum etiam cum ebriis, pariterque loquacibus res eſt. *Plut. in apoph.*

*Anonymus* Iuriſconſulto loquaci dixit, non oportere multis verbis pauca dicere, ſed paucis multa. *Ant. & Max. de temeritate in dicendo.*

*Hieron*, qui Geloni ſucceſſit in regnum: neminem qui libere apud ſe loqueretur, importunum aut moleſtum eſſe dicebat: cæterum qui arcanum efferrent, eos exiſtimabat etiam illos lædere, apud quos effutient, eo quod odimus non ſolum illos qui efferunt, verum etiam eos qui audierunt, quæ nollemus illis audita eſſe. *ibid.*

¶ Similitvdines.

*Auſonius*, vaſcula inania maxime tinniunt; ita quibus minimū ineſt mentis, hi ſunt loquaciſſimi.

*Plutarchus*, aiunt ſemen, quod ſtatim effunditur, inutile eſſe ad genituram, ita ſermo garrulorum ad nihil conducit. *in Mor.*

*Sicut puer* glaciem nec retinere poteſt, nec vult amittere, ita garrulus nec tacere poteſt quod accepit, nec poteſt obliuiſci. *Ibidem.*

*Vt egregius* artifex iaculandi ſcopum petit: ita ſapit qui pauca loquitur ſed ad rem. *ibid.*

¶ Adagia.

Archytæ crepitaculum. Ἀρχύτου πλαταγή.

*In hominem vehementer garrulum, & obſtreperum iaciebatur.*

Arabicus tibicen Ἀράβιος αὐλητής.

*In eos dici ſolitum, qui a ſemel cœptis nunquam deſiſtunt. Menand.*

Turture loquacior. τρυγόνος λαλίστερος.

*In garrulos, & impendio loquaculos homines dici ſolitum. Zenodot.*

Prolixius Iliade. μακρότερα τῆς Ἰλιάδος λαλῶν.

*Eſt autem Ilias nobile opus Homeri, quo Troiæ captæ hiſtoriam libris 24. explicat quam Vergil. 12. libris complexus ſit, quod ex vtroque viſum eſt decerpere. Iul. Pol.*

Cornicari.

*Quin, & Græci prouerbio κρώζειν dicunt, pro eo quod eſt: Inhiare præda, aut inepte garrire, cornicum more. Perſius Satyra 5.*

*Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte.*

Muſarum aues. μουσῶν ὄρνιθας

*Muſarum aues, non abſque prouerbii ſpecie Theocritus in Thaliſia appellat poetas, quod Luſciniarum in morem aſſidue canant ſua poemata.*

Tam multa quam ſapiens. τόσα εἶπες ὅσ᾽ ἂν πεπνυμένος ἀνήρ.

*Ariſtoteles libro Rhetoricorum tertio, admonens ne orator crebris Enthymematibus vtatur, ſed tantum interm iſceat, ſubiicit hoc carmen Homeri, ni fallor, ceu vulgo iactatum.*

Ὦ φίλ᾽ ἐπεὶ τόσα εἶπες ὅσ᾽ ἂν πεπνυμένος ἀνήρ.

Id eſt.

*Quandoquidem nobis tam multa locutus amice es,*
*Quam multa prudens vir diceret, atque peritus.*

*Conuenit in hominem multa loquentem potius, quam opportuna.*

Daulia cornix. Δαυλία κορώνη.

*Dictum eſt in garrulos, aut canoros.*

Hirundinum Muſea. χελιδόνων Μουσεῖα.

*Conuenit hoc in imperitos, & tamen garrulos. Ariſtoph.*

Luſciniæ nugis inſidentes, ἀηδόνες λέσχαις ἐγκαθήμεναι.

*Conuenit hoc ad eruditos, qui tamen immodice ſuo ſtudio delectẽtur, quod genus ſunt Poetæ potiſſimum, Pli. lib. 10. c. 29. de Luſcinia.*

Dodonæum æs. Δωδωναῖον χαλκεῖον.

*Dodonæum cymbalum aut tintinabulum. In hominem dici conſueuit, improbæ atque importunæ loquacitatis. Menander.*

Caute loquacior, ῥαχίας λαλίστερος.

*Prouerbialis hyperbole. In hominẽ immodice aut permoleſte garrulum.*

Littore loquacior. ῥαχίας λαλίστερος.

*In rabulam & obſtreperum dicebatur.*

Cicada vocalior. τέττιγος εὐφωνότερος.

*Dicebatur in hominem impendio garrulum, aut admodum muſicum, propterea quod hoc inſectum rore duntaxat viuens cantu potiſſimum delectetur.*

Non eſt eiuſdem & multa & opportuna dicere. χωρὶς τό τ' εἰπεῖς πολλὰ καὶ καίρια.

*Admonet vitandam multiloquentiam, quod fere labi neceſſe ſit, quiſquis multum loqui conetur.* Wer viel ſchweigt der leugt auch viel.

Homo ſemper contradicens. οὐδὲν ἐστιν ἀπύρατο λαγώτερον ἀνθρώπου.

*Id eſt: Nihil eſt pertinacius ad contradicendum, quam homo. Cõuenit in eos, qui nunquam fatentur ſe victos.*

Os infræne. ἀχάλινον στόμα.

*Os infræne vocant, os petulans & maledicum.* Einem vngezämpten Maul iſt das vnglück zum ziel geſteckt.

Tanquam ſuber. ὡς φελλός.

*De iis qui norunt diſſimulare.*

Telenicia echo. Τελενίκιος ἠχώ.

*Recte dicetur oratio fatui. Sic enim vocant crepitum vaſculorum inanium.*

Balneator. βαλανεύς.

*Siue balnei caupo. Id nominis vulgato conuitio dicebatur in hominem alienarum rerum plus ſatis curioſum, propterea quod huiuſmodi genus hominum quoniam in otio viuit, negotiis ſuis deſtinetur, aliena curare conſueuit, cuiuſmodi ſunt & tonſores.*

Battologia. Laconiſmus.

*Battologia Græcis multiloquium vocatur, à Batto quopiam inepto poeta, qui hymnos quoſdam conſcripſit prolixos, in quibus eadem crebrius iterabantur. Laconiſmus in breuiloquentiæ ſignificatione abiit.*

Moſcus canens Boeticum. Μόσχος ᾄδων Βοιώτιον.

*Quadrabit in multiloquos, ſed tamen inepte loquaces.*

Si coruus poſſit tacitus paſci. Horatius:

> *Sed tacitus paſci poſſet coruus, haberet*
> *Plus dapis, & rixæ multo minus, inuidiæq;.*

*Quadrabit in eos, qui, ſi quid bonæ rei nacti ſunt, continue iactãt, oſtentantq;, atque ad eum modum efficiunt, vt alii tum obſiſtant, quo minus eiuſmodi commoda nanciſcantur: tum quæ nacti ſunt, interuertunt.*

Quicquid in linguam venerit. Quicquid in buccam venerit. ὅττι κεν ἐπὶ γλῶτταν ἔλθῃ.

*Quoties libere quempiam ac tuto loqui ſignificabimus, incircumſpecte & quicquid forte fortuna in animu inciderit. Cicero & Plato.*

Citra vinum temulentia. ἄοινος μέθη.

*Vulgo panariam ebrietatem appellant arrogantiam licentiamq; morum, quæ ſecundis rebus comes eſſe conſueuit.*

Meliacum remigium. τὸ μηλιακὸν πλοῖον.

*In futilem & rimarum, vt ait Terentius plenum, hac atque illac perfluentem, dictitatum videtur.*

Interfecta muſica. ἀπέκτεινε θ' ἡ μουσική.

*Quidam moleſte ferentes interrumpi ſermones ſuos, dicebant: Interfecta eſt Muſica. Quæ vox in prouerbium traducta eſt quoties aliquis interueniens, ſermonem inſtitutum interpellaret.*

Lingua quo vadis? erectura ciuitatem, eandem denuo ſubuerſura. γλῶσσα ποῖ πορεύῃ; πόλιν ὀρθώσουσα καὶ πάλιν ἀνατρέψουσα, *Suidas.*

*Docet linguam plurimum vtilitatis adferre mortalibus, & eandem rurſum plurimam adferre perniciem.*

Ἀθυρόγλωττος.

*Dicitur cui eſt os intemperans atque improbum annexum ſuperius citato, es infrene.*

Cane Tellenis cantilenam. ᾆδε τὰ Τέλληνος.

*Quidam dici putant de dicacibus, mordacibuſq;: quidam de inepte loquaculis.*

Ad vinum diſerti.

*Cicero in oratione pro Marco Cælio, ad vinum diſertos appellat, qui ad ſerias cauſas agendas inepti, inter pocula multa garriunt, vbi nil opus.*

Leuiſſima res oratio κουφότατον πρᾶγμα λόγος.

*Apud Homerum paſſim obuium eſt illud: ἔπεα πτερόεντα. Verba volucria dixit. Verba alata cognominat, quod [...] lent atque reuolare neſciant. Proinde Horat.*

> *Et ſemel omiſſum volat irreuocabile verbum.*

Farcire centones.

*Plautus: Vin tu, inquit, alium quæras, cui centones farcias [...] quem tu glorioſis mendaciis & conſarcinatis fabulamentis [...] Solent enim homines glorioſi mendacium aliud ex alio [...] nullum facientes finem neque modum.*

Sine capite fabula, ἀκέφαλος μῦθος.

¶ HISTORICA EXEMPLA.

*Cyrus* puer Cambyſis Perſarum regis, loquacior [...] propter inſtitutionem, quod more Perſarum a mag[...] & factorum ſuorum rationem reddere, & ab aliis [...] ius diceret, partim quod, quum diſcendi ſtudioſus eſſet [...] per ex præſentibus, quo pacto ſe haberent, ipſe per[...] ſciſcitantibus aliis ob acumen ingenii expedite reſp[...] ob cauſas loquacitatem ſibi conflauit. *Xenophon, [...] lib. 1.*

Interpres *Pindari* admonet Ionum eſſe multiloqu[...] *at. Zvving.*

*Tonſtrinas Theophraſtus* propter confidentium [...] tem ἄοινα συμπόσια, hoc eſt, ſicca conuiuia appellauit. [...] *quaſt. 5.*

*Apud Romanos* Citeria effigies erat quædam arg[...] quæ ridiculi gratia in pompa vehebatur. Vnde M. C[...] *cilium*: quid ergo dicerem amplius? quem ego d[...] pompa vectitatum iri ludis pro Citeria, ac ſpectat[...] naturum? *Eraſ.*

*Horatianus* ille Garrulus, qui vadato reſpondere de[...] tat vtrum mallet Horatium deſerere, an vadimonium [...]

¶ HIEROGLYPHICA.

Ex Græcorum ipſorum ſententia, abiecta repul[...] Pallade eſt: vtpote quæ meditationum peruigi[...] mentis agitationem interpellet obturbetque garru[...] eſt hieroglyphicum. *Pier. Val. lib. 20. pag.* 191.

Garrulitatem etiam deſignari hieroglyphice per [...] quidam aſſerunt. Vnde D. Hieronymus & Cyrillus con[...] conſenties, per præceptum illud Pythagoricum, [...] νας μὴ ἔχειν; abſtinendum à commercio garrulorum [...] intelligunt, *Pier. lib. 22. pag. 209. B. C.*

¶ EMBLEMA.

Garrulitas.

Emblema LXX. Andreæ Alciati.

> *Quid matutinos Progne mihi garrula ſomnos*
> *Rumpis & obſtrepero Daulias ore canis?*
> *Dignus Epops Tereus, qui maluit enſe putare,*
> *Quam linguam immodicam ſtirpitus eruere.*

¶ FABVLAE

Amatorum altercatio,

Nupta mulier formoſa & adoleſcentula cum viro, q[...] eſſet domo in mercuriis, amabat alterum. Qui cum [...] eſſet, nuntiatur ſubito aduenire maritum. Illa iubet a[...] leriter decurrere ad puteũ, & quærere cuniculos, per q[...] uaſurus eſſe videatur. Redit hic & negat puteum ſe re[...] ſe, ſed veſtigia animaduertiſſe, vbi quondam puteum [...] tretur. Quid id tua refert? inquit mulier, per cunicul[...] ſubducas appropinquanti viro meo. Quin igitur, [...] vere recteque monſtras? Nugator, inquit illa, quin c[...] tuæ, neque enim nunc verbis locus. At ille non ceſſa[...] nec à marito oppreſſus pro mœcho arriperetur, & p[...] & intempeſtiuæ loquacitatis, grauiſſimas, ſei læuiſſima[...] ret.

Docet Fabula, loquacitatis finem eſſe infortunium, [...] pides: ἀχαλίνων στομάτων τὸ τέλος δυστυχία. *Cam. Fab. Æſ[...]*

Teſtudo volatica.

Iunxerat teſtudo ſocietatem cum duabus auibus. Accid[...] anno vt æſtu ſyderis & cæli ardore omnia ſqualerent, [...] vbi illa manebat funditus exſiccaretur. Nec non & a[...] loco conſiſtere graue erat, vicinæ locis omnibus ſiti [...] laborantibus. Placuit igitur migrare alio ſed obſtabat [...] ciæ & amicæ teſtudinis. Tandem hanc ineunt ration[...] tranſuerſum roſtris capeſſunt: & medium tenere mord[...] dinem iubent, ita ſe ſublatam in aera ſecum aſport[...] irrigua, & ad perennes aquas pollicentur. Sed hoc iter[...] rum monent, ſemel prehenſum bacillum vt teneat ne[...] tat vt os aperiat ſuum. Ita cum illa ſubuolarunt. Aliqu[...] ceſſerant, cum vident aliæ teſtudines rem admirabile[...] mutuo inclamant, & demonſtrat vna alteri volantem [...] Tum illa oblita ſalutis ſuæ & præceptorum ſalutarium [...] quit, dicere volebat, ſe volare inuitis omnibus & amiſſo [...] bacillo, delapſaque in ſaxum teſta tractaretur.

Res eſt noxia garrula loquacitas. Itaque ſecundum [...]

…ſemper ad taciturnitatem nos exercere ſtudebimus, ne futiliores … Homercia anu, quæ ſe profitetur.

Ἐξώρας στιτιζιζὼν λίθον ἢ σίδηρον.

Tacere enim non ſolum contra ſitim prodeſt, ſecundum Hippro…rum, ſed multa etiam ſilentio mala & infelices euentus auerti … Cam. Fab. 2.32.

# Gaudium.

## ❡ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Gaudium, Græce χαρὰ, ᾶς, ἡ, vel χάρμα ατος, τὸ, vel χαρμονὴ, ῆς, … dicitur: & χαίρω, gaudio: Heb *Simach*, à verbo *Samach*, Læ… fuit, gaudio perfuſus eſt. Et eſt gaudium paſſio concupi… proueniens ex perfectionis appetitæ coniunctione, ſecun… tenorem apprehenſionem ſenſus vel intellectus, *ſecundum …m. 4. ſent. diſt. 49. quæſt. 3. art 2. Vel ſic:*

Gaudium eſt affectio animi, alicuius præſentis boni opinione …pta, à quo *gaudeo* verbum. Sunt qui velint gaudium à verbo … deduci, illi enim γαῦρον ſuperbum dicunt. Differunt autem … gaudeo lætor, quod lætari eſt extrinſecus, gaudere vero intrinſe… quare proprie lætus is dicitur, qui hilaritatem, quam intus ha… eam vultu oſtendit.

Gaudere & gratulari differunt, vt placet Donato ſuper Teren…nno, quia gaudemus nobis, gratulamur aliis: vel gaudemus no… gratulamur alienis.

## ❡ Loci Biblici.

Gaudendum cum gaudentibus, *Rom.* 12 15.

Gaudere & lætari honeſte licet, 1. *Paral.* 29. 9. 2. *Eſdr.* 12. 42. *Pſal.* … *Luc.* 1. 14. 1. *Theſſ.* 1. 6. & 5. 16.

Gaudendum non eſt Gentilium more, *Eccleſ.* 2. v. 2 & 7. 3. *Oſeæ.* … *Amos* 6. 8. *Prouerb*, 1. 14. *Iacob.* 4. 9.

Gaudium pro rebus ſecundis & proſperis, 1. *Cor.* 7 30. Hebraiſ… Gaudium quam bonum, *Prou.* 17. 22. Gaudium verum à Deo, … *Nehem.* 12. 42. Gaudium verum quale. *Deut.* 12. 18. & 16. … *Pſal.* 9. v. 2. 15 & 13. 5. & 14. 7 & 16. 9. & 31. 8 & 32. 11 & 33. … & 40. 17. & 48. 12. & 51. 10 & 53. 7. & 58 11, & 63. v. 6. 8. & … & 66. 1 & 68. 5 & 69, 33. & 70. 5 & 71. 23 & 86. 1 & 89. 17. & … & 92. 5 & 95. 1. & 97. v 8. 12. & 100. 1. & 104 34. & 105. 3. … & 119. 74. & 122. 1. & 149 *Verſ.* 2. 3. *Prouerb.* 13. 9. & 21. 15. & … *Cantic.* 1. 4. *Eſa.* 9. 3. *Galat.* 5. 22. Gaudium verum quod, … Gaudium in afflictionibus, *Matth.* 5, *Verſ.* 11. 12. *Actor.* 5. … & … 24. *Roman.* 3. *Col.* 1. 24. *Hebr.* 10. 34. & 13. 15. Gaudium ob … liberationem. *Pſalm.* 35. 27. *Philip.* 1. v. 25. 26. Gaudium ve… Spiritu ſancto proficiſcitur, *Rom.* 12. 12. & 14. 17. *Gal.* 5. 22. *Phil.* … *Theſſ.* 1. 6. Gaudium ſalutis æternæ, *Sap.* 1. v. 1. 7. *Eſa.* 25. 18. & … & 63. 13.

*V. de Beatitudo.*

## ❡ Sententiae Biblicae.

### *Gaudium ſpirituale.*

Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper. *Pſal* 16.

Propter hoc lætatum eſt cor meum *ibid.*

Lætabimur in ſalutari tuo, & in nomine Dei noſtri magnifica…bimur. 2…6.

Lætamini in Domino exultate iuſti, & gloriamini omnes recti … 32. 11.

…nuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum, … exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus. 76.

Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. 83.

Lætetur cor meum vt timeat nomen tuum 85.

Secura mens quaſi iuge conuiuium. *Prou.* 15.

Non enim habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium … illius, ſed gaudium & lætitiam. *Sap.* 8.

Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe: ſicut exultant … capta præda, quando diuidunt ſpolia. Iugum enim oneris … & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti. *Eſa.* …

Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in … exultabunt: quoniam defecit qui præualebat, conſumma… eſt illuſor, & ſucciſi ſunt omnes qui vigilabant ſuper iniquita… qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in por… ſupplantabant, & declinauerunt fruſtra à iuſto. 29.

Ventilabis eos & ventus tollet, & turbo diſperget eos: & tu exul… in Domino, & in ſancto Iſrael lætaberis. Egeni, & pauperes … aquas & non ſunt: lingua eorum ſiti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Iſrael non derelinquam eos. …

Et gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus … 62.

Gaudete ſemper in Domino iterum dico; gaudete. *Phil.* 4. 4.

Semper gaudete. 1. *Theſſ.* 5. 16.

Gauiſus ſum valde venientibus fratribus, & teſtimonium per…hibentibus veritati tuæ, ſicut in veritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulantes. 3. *Ioan.*

### *Fructuoſum.*

Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui *Pſal.* 35.

### *Æternum.*

Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi, concidiſti ſaccum, & circumdediſti me lætitia. *Pſ* 30.

Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. Qui induit me veſtimento ſalutis, & indumento iuſtitiæ circumdedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus. *Eſa.* 61.

Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. *Matth.* 5.

Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubiiciuntur. Gaudete autem, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. *Luc.* 10.

Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, & mundus autem gaudebit, vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. *Ioan.* 16.

Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrū nemo tollet à vobis. *ibid.*

Petite, & accipietis, & gaudium veſtrum ſit plenum *ibid.*

### *Corporale eſſe debet honeſtum.*

Et iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei: delectentur in lætitia. *Pſal* 68.

Et cognoui, quod non eſſet melius niſi lætari, & facere bona in vita ſua. *Eccl.* 3.

Et deprehendi nihil eſſe melius, quam lætari hominem in opere ſuo *ibid.*

Vade ergo & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia placent Deo opera tua. 9.

Gaudete cum gaudentibus. *Rom.* 12.

Qui gaudent tanquam non gaudentes. 1. *Cor.* 7.

### *Fructiferum.*

Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur ſpiritus. *Prou.* 25.

Non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium. *Eccl.* 30.

### *Gaudium mundanum eſt vanum.*

Laus impiorum breuis, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti *Iob.* 20.

Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat. *Prou.* 14.

Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi: Quid fruſtra deceperis? *Eccl.* 2.

Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit: meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum malorum, qui cum venerint. vanitatis arguentur præterita. 11.

### *Peruerſum.*

Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus. *Prou.* 10.

Melius eſt ire ad domum luctus quam ad domum conuiuii. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid ſit futurum. *Eccl.* 7.

Cor ſtultorum, vbi lætitia *ibid.*

Dixerunt enim impii cogitantes apud ſe non recte: Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis. Venite ergo & fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creatura, tanquam iuuentute celeriter. Vbique relinquamus ſigna lætitiæ noſtræ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc ſors noſtra. *Sap* 2.

Narratio peccantium odioſa, & riſus illorum in delictis peccati. *Eccl.* 27.

Nunc autem exultatis in ſuperbiis veſtris. Omnis exultatio talis maligna eſt, *Iacob.* 4

### *Pernicioſum.*

Tenent tympanum, citharam, & gaudent ad ſonitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt: qui dicunt Deo, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. *Iob.* 21.

Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. 30.

Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant, decaluauit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum denudabit. *Eſa.* 3.

In illa die auferet Dominus ornamentum calcamentorum & lunulas & torques, & monilia & armillas, & mitras, & diſcriminalia. *ibid.*

Et erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro faſcia pectorali, cilicium *ibid.*

## ❡ Sententiae Patrum.

Eſt gaudium, quod non datur impiis, ſed eis qui te gratis colunt: quorum gaudium tu ipſe es: & ipſe eſt beata vita, gaudere de te propter te, ipſa eſt, & non eſt altera *Aug. l. 9 confeßio.*

Temporalibus gaudent, qui bona æternæ non norunt deſiderare,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rare, *in Pſal.52.*

Comparemus gaudia veritatis cum gaudio vnitatis: ſi honoramur, doleamus: ſi dolemus, oremus: ſi oramus, exaudimur: ſi exaudimur, & illos lucramur. *in Ioannem.*

Inepta lætitia dicit, vt quid animi gaudium intus abſcondis? ingredere in publicum lætus, dic aliquid foris, vnde vel tu vel proximi rideant, fac eos lætos tua lætitia. *de conflictu vitiorum.*

Animi lætitia interdum corporis dolores mitigat, quod ſi ad ægrotationem corporis accedat ægritudo animi, duplicatur infirmitas. *Hier ſup. Iſaiam.*

Dignum eſt itaque, vt in ſe ſemper homo mœrorem inueniat, qui derelicto creatore gaudium in ſe quærebat. *Greg. in mor.*

Iure reſtat, vt quod prius in mundo incolumes habuimus gaudia, tot de ipſo poſtmodum cogamur ſentire tormenta, *ibid.*

Fit plerunque vt in ipſis piis fletibus illa interim gaudii claritas erumpat, & mens quæ in corpore prius cæca iacuerat, ad inſpectionem fulgoris intimi ſuſpiriis vegetata conualeſcat. *ibid.*

Nonnunquam quicquid gaudii, quicquid virtutis fouere videbatur, ſubito in pauore tentationis amittitur, & quaſi euacuaturus eiſdem virtutibus triſtis animo ſolo mœrore poſſidetur.

Iubilum namque dicitur, quando ineffabile gaudium mente concipitur, quod nec abſcondi poſſit, nec ſermonibus aperiri: & tamen quibuſdam proditur moribus, quamuis nullis proprietatibus exprimatur, *ibid.*

Iubilatio dicitur, quum cordis lætitia oris efficacia non expletur, ſed quibuſdam modis gaudium prodit, quod ipſe, qui gaudet, nec regere præualet, nec explere, *ibid.*

Solet lætitia arcana mentis aperire, atque aperiendo amittere: aduerſa vero quum nos exterius deprimunt, interius cautiores reddunt *ibid.*

Illud eſt verum ac ſummum gaudium, quod non de creatura, ſed de creatore concipitur, quod quum acceperis nemo tollet à te, cui aliunde comparata omnis iucunditas mœror eſt: omnis ſuauitas dolor eſt: omne dulce amarum eſt: omne decorum fœdum eſt: omne, poſtremo, quod delectare poteſt, moleſtum eſt. *Bern. in ſerm.*

Gaudendum eſt de iis quæ expectamus, & gaudendum de iis quæ ſuſtinemus. *de ver. Ap, ſer. 2.*

Gaudendum in bono alieno magno magis quam in proprio paruo. *in Cant. ſerm, 49.*

Gaudium in materia conuertibili mutari neceſſe eſt re mutata. *de fal. præ, vitæ.*

Verum Gaudium non poſſidetur, niſi pax & iuſtitia teneatur. Prima enim eſt, & quaſi radix iuſtitia, ſecunda pax: tertia gaudium. De iuſtitia naſcitur Pax, de Pace Gaudium generatur. *Cæſarius admonitione ſecunda.*

Menſura lætitiæ de magnitudine nũtii venit, & tanta fit alacritas animi, quanta fuerit conſideratio rei. *Caſſ. lib. 1. epi.*

Bonum inſolitum plus amatur, & ſequenti gaudio confert dulcedinem temporum permiſſa triſtitia. *idem.*

POETICAE SENTENTIAE.

Iacob. Billius, Anthol. Sacr.
De ſpirituali gaudio piorum.

*Nil ſibi conciſcat, qui læta viuere mente,*
*Atque metu vacuos geſtit habere dies.*
*Qui probus eſt, nullo qui pallet crimine, cuiq;*
*Intima commiſſum non ferit oſſa ſcelus.*
*Ille nec horrendi pauidas tremet ora tyranni,*
*Mille nec armatas in ſua fata manus.*
*Quin etiam, terræ ſi fractus concidat orbis,*
*Obruet impauidum vaſta ruina caput.*

Carnale gaudium nihil eſſe præ ſpirituali,

*Sidera qui nunquam ſpectato Sole, videret,*
*Aut etiam quæ dat lumina nocte ſoror:*
*Nuſquam ſplendidius lumen, nec clarius orbi*
*Quæ præluceret, crederet eſſe facem.*
*Sic quoque qui ſancta non ſenſit gaudia mentis,*
*Hæc, caro quæ ſequitur gaudia ſola putat.*
*At qui lætitiam nouit ſenſitq; piorum,*
*Protinus huic mundi nil ſapit omnis amor.*

De mundanorum gaudio.

*Qui ſonus eſt medio ſpinæ flagrantis in igne,*
*Hic ſonus in ſtulti proſperitate viri eſt.*
*Quod ſi noſſe cupis quæ ſit ſors fauſta malorum,*
*Vindicis eſt pœnæ neſcia vita nocens.*
*Ludere, bacchari, grauidis incumbere menſis,*
*Ridere, & carni ſemper amica ſequi:*
*Nullas interea febres, nec fere labores,*
*Lætitia eſt hominis ſorſq; beata mali.*

Nullum niſi poſt diceſſum è vita verum gaudium eſſe.

*In puero riſum fletus præcedit acerbus,*
*Nam vitæ a lachrimis inchoat ille dies.*
*Cumq; ac etiam, vt quidam referunt, primum edere riſum*
*Incipit, in ſomno cernitur eſſe graui.*
*Quid notat hoc primum quod ridens ille ſopore*
*Corripitur? Nos hinc diſcere bina decet.*
*Nempe quod & mundi vana eſt ac falſa volupt[as]*
*Atque aditus veræ non niſi morte patet.*
*Semper erunt quod ſunt, æterna gaudia vitæ,*
*Gaudendi quoniam cauſa erit ipſe Deus,*
*Nec varios pariet motus diuerſa voluptas:*
*Vnum erit in cunctis lumen, & vnus amor,*
*Inque bonis ſummis poſita experientia felix,*
*Nec volet augeri, nec metuet minui.*

Verum hominis gaudium,

*Felices vere faciunt ſemperq; beatos,*
*De vero & ſummo gaudia nata bono.*
*Nam mundi ex opibus breuis ac peritura volupt[as]*
*Edita perpetuæ ſemina mortis habet.*
*Non placeat vanis animum ſubmittere rebus*
*Peſtiferiſque auidam mentem onerare cibis.*
*Cor mundum & ſapiens fructu veritatis al[at]*
*Et Chriſti in noſtro pectore regnet amor:*
*Quo ſemel impletus nunquam vacuabitur ill[e]*
*Æterna æterni flumina fontis erunt.*

Ouid. 7. Met.

*Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.*

Idem 4.

*Nulla dies adeo eſt auſtralibus humida nimb[is]*
*Non intermiſſis vt fluat imber aquis.*

Ibidem.

*Nil adeo fortuna grauis miſerabile fecit,*
*Vt minuat nulla gaudia parte malum.*

Idem 6. Faſt.

*Scilicet interdum miſcentur triſtia lætis.*

Ouid, 7. Met.

*Gaudia principium noſtri ſunt ſæpe doloris.*

Ouid. Met. lib. 7. fab. 8.

*Vſque adeo nulla eſt ſincera voluptas.*
*Sollicitumq; aliquid lætis interuenit.*

Ouid. epiſt. Hiero. ad Leandrum.

*Longa mora eſt nobis omnis quæ gaudia differt.*

Mart. epigram. lib. 10, ad Iulium.

*Expectant curæque catenatique labores:*
*Gaudia non remeant, ſed fugitiua volant.*
*Hæc vtraque manu complexuque aſſere toto,*
*Sæpe fluunt imo ſic quoque lapſa ſinu.*
*Non eſt (crede mihi) ſapientis dicere viuam,*
*Sera nimis vita eſt craſtina: viue hodie.*

Seneca in Hercule furente tragœd. 1.

*Dum fata ſinunt,*
*Viuite læti: properat curſu*
*Vita citato, volucrique die*
*Rota præcipitis vertitur anni.*

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTI[AE].

Geſtiens lætitia turpis eſt, vt ſi ridere conceſſum [...] tamen cachinnatio.

Et vt nimis afflicti moleſtia, ſic animi elati lætitia [...]tur leues,

Atque vt conſidere decet, timere non decet: ſic g[...] lætari non decet. *Cic. Tuſc. quæſt. lib. 4.*

Dicimus nos magnum gaudium ex illius conſul[...] quod non eſt gaudium, ſed ſæpe initium futuræ triſt[...] enim iunctum eſt, non deſinere, nec in contrarium [...]

*Et poſt multa.* Omnes tendunt ad gaudium, ſed [...] magnum conſequantur, ignorant. Ille ex conuiuiis [...] ex ambitione & circumfuſa clientum turba, ille [...] ex ſtudiorum liberalium vana oſtentatione, & nihil [...] teris. Omnes iſtos oblectamenta fallacia & breuia d[...] ebrietas, quæ vnius horæ hilarem inſaniam, longi[...] peniat, *Seneca. in epiſt. 60.*

Malum alienum tuum ne feceris gaudium. *Senec. in Pr[...]*

Gaudium abſque ratione & conſilio animo accedens [...] perturbat æſtuque afficit, & ſui impotem facit, quam [...] metus. *Plut. in Arato.*

Continuum gaudium bellantibus fortuna tribuere [...] uit *Hirtius de bello Afric.*

Plærumque magnis gaudiis dolores adhæreſcunt. *[...] hiſt. li. 5.*

¶ SIMILITVDO.

*Plutarchi.* vt fonti non deeſt humor, ſemper ex eo [...] probo viro ſemper adeſt gaudium, etiam ſi res externæ [...] *in Moral.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Gaudii veri exempla; Anna, 1. Sam. 1. Saul [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[…]tes Iſraeliticæ. 18. 7. Dauid & Iraelitæ. 2. *Sam.* 6. ℣. 5. 14. 15. Po[…] *Reg.* 1. ℣. 39. 40. 45. & 8. 66. 2. *Reg.* 11. 20. Dauid cum toto Iſ[…] *Paral.* 13. 8. & 29. 22. Hiram, 1. *Reg.* 5. 7. Leuitæ. 2. *Paral.* 5. […]pulus Iſraeliticus, 7. 10. Habitatores Ieruſalem. 20. 27. Populus […] ℣. 12. 21. Populus a captiuitate redux, 1. *Eſd.* 6. 16. *Nehem.* 8. ℣. […] 12. 42. 3. *Eſd.* 4. 67. & 9. *v.* 53. 54. Tobias ſenior & anna eius v[…] *Tob.* 11. v. 11. Bethuliani & Iſraelitæ *Iudith.* 15. *v.* 14. 15. & 16. *v.* 11. […] Suſan. *Eſth.* 8. ℣. 15. Iudæi, ℣. 16. 17. Magi, *Matth.* 2. Magdale[…] altera Maria, 28. 8. ſeptuaginta duo Diſcipuli. *Luc.* 10. 17. Di[…] 24. 41. *Act.* 5. 41. & 13. 52. & 15. 3. *Io.* 20. 20. Samaria, *Act.* 8. ℣. 8. […] puella, 12. 14. Cuſtos carceris. 16. 34. Paulus, 2. *Cor.* 7. ℣er. 4. 7. […]dem. ℣. 7.

¶ Profana Exempla.

*Archimedes* inuenta permiſti auri atq; argenti ratione, è balneo […] cucurrit domum, clamans: εὕρηκα εὕρηκα, inueni, inueni.

[…] linearum curuarum tribus ſpeciebus inuentis, Deos pla[…] *P. Ramus lib. 1. Proœmii Mathem.*

*[…] Cæſar* apud Inſulam Capreas, veterrimæ ilicis demiſſos […] terram, languenteſq; ramos conualuiſſe aduentu ſuo, adeo […] eſt, vt eas cum Republ. Neapolitanorum permutauerit, æ[…]. *Sueton.*

*[…]cles tragicus* gaudere ſe aiebat, quod rem Veneream, ſicut […] & rabioſum dominum, effugiſſet. *Idem.*

*Ageſilaum regem Spartanum Xenophon tradit,* cum locupleta[…] amicos, exultaſſe: qui interim pecuniam ipſe contemnebat. *Plu. […] præcept. polit.*

*Nero Cæſar* obiit trigeſimo ſecundo ætatis anno, die quo quon[…] Octauiam interemerat: tantumque gaudium publice præ[…], vt plebs pileata tota vrbe diſcurreret: nimirum hoc indicio […] ſibi libertatem ſignificans. *Sueton.*

Quantam putamus *Ariſtotelis* fuiſſe voluptatem, cum Alexan[…] Magni permiſſu ſolo æquatam excitauit patriam ſuam, ciueſq; […] *Plut. contra Epicurum.*

*M. T. Cicero* ob Clodii inimicitiam in exilium actus: rediit Pom[…] & Lentulo Coſſ. tanta vrbis lætitia, vt quaſi auulſa ſedibus ſu[…] Roma, omnis ætas ordoque obuiam procederet. Quæ omnia ex […] orationib. & pridie quam iret in exilium, & poſtquam rediit, li[…] deprehendere. *Theat. Zvving. fol.* 83.

# Gemmæ.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

Gemmarum materia communis eſt aqua non pura: ſunt enim […] naturæ opere producta, cui aquæ eſt immixtum ſubtile. *Albert. Mag. 1. de Miner. extract. 1. c. 3.* Gemma, omnis lapis […] dicitur, ſiue pellucidus, ſiue obſcurus. Græc. λίθος τίμιος. *[…] Ebr. Iekarah,* i, lapis politus vel eximius, à *Kara* vocauit, […] nominatus fuit inclytus vel à *Karah*, politus fuit vt glaber & […].

De Gemmis Dial. XXXVII.
*Franciſci Petrarchæ.*

Gav.

Gemmarum fulgor & ſpecies delectant. R. Rerum fateor terre[…] & mortalium, vanitatis pars non vltima, exiguo in lapillo […] magna claudentium, cuius precium inſtabile & incer[…]odieq; varium, quod & ſola mercantium fama, & diuitum […] credulitate dependeat, vnde diu ſpretæ inopinis preciis […], & gemmarum famoſiſſimæ ſubita premuntur infa[…] quibus notis erumpentibus non tam ipſis, de quibus a[…], quam in opinione hominum iſta callentium. Præ[…] quidem illa prudentia, quæ neglecto cultu Dei atque animi […] notitia, internoſcendis lapidum venis inuigilat. Sed ſic […]. Neq; nunc primum in precio ſunt, qui his precia vafre fin[…]. Vera enim precia vel nulla ſunt penitus, vel ignota, quam vero […] vanitas, quam tremulum, quamque anceps iudicium i[…] artifices facile eſt iudicium, memoria repetentis id quod […] accidit, vt perbreuem gemmam (carbunculus is erat) decem […] aureorum ille vir fortunæ maioris, quam ingenii, cum e[…] diu ſe cunctatum fuiſſe iactabat, quod naturalem & com[…] modum fulgor excedens ſuſpicionem faceret, eius artifi[…] peritiſſimo cuidam cuius conſilio vtebatur, non veram gemmã […] vitreum aliquod, ſeu quiduis aliud in eam ſpeciem non na[…] genitum, ſed neſcio qua ſupernaturali & mira quadam confla[…]. Quæ quidem hæſitatio, quid niſi confeſſio quædam erat vitrũ […] pulchrius eſſe quam gemmam? quamuis forſan illa ſolidi[…]. De hoc tamen ipſi iudicent, qui vel in hoc quæſtu pecunias a[…] impendas honeſtius, vel in hoc cognitu melioribus debitum tem[…] perdant. Quod ſi iſta cunctatio iuſta fuerit, quid hinc ſequatur […] non videt? Quænam ſcilicet ambitio, & quanta ſit cæcitas non rei formam ac ſubſtantiam, ſed nudum nomen tanta mercede captantium? G. Nihil mihi gemmis eſt carius. R. Crede hercle non virtus, non fama, non patria, non vita ipſa (vtq; illa duo ſileam) quibus vobis nihil eſt vilius, duo hæc vltima, cumque his diuitias ingentes, & quicquid precioſiſſimum iudicatis vnius gemmæ precio, atque amori ſuccubuiſſe monſtrabo, & exilio illam, & inopia, & ſi ita res tuliſſet morte ſeruatam. Cui enim quæſo non eſt notum Nonii conſilium? Romanus hic Senator fuit Vir locupletiſſimus, gẽmamque habuit viginti millibus æſtimatam, gemmæ nomen Opalus. Mittit huc India, colorum pene omnium varietate præfulgidum. Huius fama excitatus, accenſuſque cupidine Antonius triumuir, homo omnium ſuperbiſſimus atque auariſſimus, & cui quicquid natura libitum, fortuna licitum feciſſet, cum iniuſto gemmæ deſiderio (vt fit crudele poſſeſſoris odium concepit, hinc in illo publico proſcriptionis incedio, quo tot patriæ lumina periere, Nonii nomẽ aſſurum cum reliquis, ob hoc vnum crimen quod formoſæ tyrannoque placitæ dominus rei eſſet, inſertum eſt. Ille autem, cui pontificus ſaltem fiber exemplo eſſet, vt pernicioſæ iactura ſarcinulæ libertatem redimeret ac ſalutem, illam ſibi (vt auguror) præſenti diſcrimine cariorem ſic amplexus aufugit, vt ea ſalua nulla ſibi vel patrimonii, vel patriæ cura eſſet, cum illa paratus exulare, & mendicare, & ad extremum mori. Quis non magni æſtimet, ad quam vir ſenatorius ſic affectus ſit? Et profecto fatendum alterum, aut magni pretii rem fuiſſe, aut parui animi poſſeſſorem. Sed qui horum verius vt diffiniam non expectas. Etſi autem huius ac reliquorum ſimile iudicium, ceu contagium animorum, late ſerpens vulgi mores infecerit, Magna tamen ingenia nec nummis delectari, nec omnino alia quam virtutis pulchritudine tangi decet, niſi vt per hæc breuia quæ delectãt oculos, experrecta mens in amorem ac deſiderium æternæ pulchritudinis rapiatur, quo de fonte quicquid eſt pulchrum prodit. G. Excellentibus gemmis allicior. R. Hanc excellentiam non natura fecit ſed opinio, quæ apud quoſdam carbunculo palmam dedit, apud alios adamanti. Illa vulgo ac pleriſque gemmariis æui huius æſtimatio, iſta veteribus quibuſdam rerum ſcriptoribus probatur, ſecundum quos non modo gemmarum, ſed rerum omnium terrenarum precioſiſſimus adamas, Regum olim atque non omnium, ſed præcellentium gemma fuit, hodie quia nullius rei tantum & tam velox quam luxuriæ & ſuperbiæ incrementum eſt, multorum non regum etiam, eſſe cœpit, & iam plebis in digitos ſenſim venit. Huic proximam Indicam atque Arabicam margaritam locant, & huic itidem Smaragdum neſcio quidem qua ordinis iniuria. Nam ſi illorum rubor pallorque gratus eſt, cur non æque horum candor vigorque oculis blandiatur? Iuſtiorque nunc etiam Sapphiri querela, quo vix aliud terra parit cœlo ſimilius ſereno. Verum (vt dixi) furor hic hominum, non natura nobilitat, diuitum nugæ inanes atque ocioſorum fabulæ, qui facile iſta contemnerent ſi quo vnquam honeſtiore pacis aut belli negotio tenerentur. G. Fulgidæ animum mouent gemmæ, ſuauiter candidæ margaritæ. R. Mouent ais? imo ſternunt, calcant, molliunt, & eneruant. Qua de re ſi pergam virorum ac mulierum exempla congerere; non te doceam, ſed obtũdam. Vnum ex omnibus, & id maximum attingam, vt intelligas quam periculoſus iſte furor ſit infirmioribus animis, qui eminentiſſimos fortiſſimoſque peruaſerit. Magnus Pompeius continentiſſimus Romanorum ducum, horum dico nouiſſimorum, qui quantum magnitudine geſtarum rerum cæteris antecellunt, tantum modeſtia virorum vitæ frugalitate maioribus cedunt ſuis, victor ab Hiſpania, pacato rediens occidente, compreſſiſque prædonibus, & in viſum coactis locum, cui conuenarum nomen, ob hoc inditum, in ſæculum id durat, illic Pyrenæis in montibus locorum forſan aſperitate moleſtiam adiuuante, atq; ætatis victoriæque ſuperbiam compeſcente, maſculum trophæum puramque & rigidam ſui oris imaginem erexit, vere tunc magnus atque magnificus quamuis adoleſcens annis: moribus ſenex, maturuſq; animi. Idem poſtea captis piratis, & oriente perdomito, quaſi cum loco mutatus ac tempore, eſtq; alia parte orbis ipſe alius reuerſus, non militarem ſed fœmineum, ſeu diuinum potius in morem, vultus ſuos iam viriles, ac ſolito molliores, non ære fictos aut marmore, ſed inſuetis atq; exquiſitiſſimis margaritis in triumpho tulit. Exprobatio non leuis Eoi faſtus vnum in caput expoſiti, non ſiue inſultatione quadam victoris omnium populi atq; excuſatione principum ſequentium. Quid non enim à Tyrannis iam ſerua pareretur, quæ libera ciuis amantiſſimi talem hanc inſolentiã aſpexiſſet? Neque reliqua triumphi illius humilia magis aut ſobria, non arma & equi domitarum gentium (vt mos erat) non captiui memorantur, aut currus, aut phaleræ: quod viliſſimum in eo legimus, aurum fuit; gemmæ omnia & margaritæ. Inter multa alueus ingens ibi, & ingentium theſaurorum ordo bicolor, ita vt ſingulæ gemis è ſingulis conſtarent, & vaſa aurea, & veſtes, & ſtatuæ, quin & luna quædam ſolito ex auro immenſi ponderis lectiq; auri, & coronæ plurimæ magnis & candidis margaritis intextæ. Deniq; mons aureus illic fuit, formæ illæ mirabiles in quadrũ ductæ, ceruis ac leonibus & figuris variis animantium frequens, nec non arboribus atq; omni pomorum genere conſitus, ramos aureos tegentibus margaritis montis in vertice, hiſdem ex rebus horologium artificio vbique vincente materiam, voluebatur, mirabile prorſus oſten-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

  - *Cum quis conſtituit vltimum finem in gloria humana, ad quem ordinat etiam virtute…* *gloria acquirenda, non recuſaret etiam ea, quæ ſunt contra Deum.*
- *Veniele,*
  - *Cum quis gloriatur de aliquo, diuinæ reuerentiæ non contrario.*
  - *Cum licet gloriam optet, tamen pro illa acquirenda nihil faceret, contra charitatem Dei…*
- *Capitale. quia inde aliqua alia ducuntur peccata.*
  - *Directe.*
    - *Per Verba, & ſic eſt iactantia.*
    - *Per facta vera, & habentia aliquam admirationem, & ſic eſt Præſum…tatum.*
    - *Perfecta falſa, & ſic eſt Hypocriſis.*
  - *Indirecte oſtendendo ſe non eſſe alio minorem, quatuor,*
    - *Quantum ad intellectum, cum quis nimis innititur ſuæ ſententiæ… meliori ſententiæ, & ſic eſt Pertinacia.*
    - *Quantum ad voluntatem, cum non vult à propria voluntate diſced… concordet, & ſic eſt Diſcordia.*
    - *Quantum ad locutionem, cum quis verbis clamoſe contra alium… vult verbis ab alio ſuperari, & ſic eſt Contentio.*
    - *Quantum ad factum, cum quis non vult facta ſua præcepto ſuperior… ſic eſt inobodientia.*

## ¶ Loci Biblici.

Gloria Dei pro Deo glorioſo, *Exo.*16.10. *Act.*7.55. *Eph.*1.12.14. pro vita æterna, *Rom.*3.23. Gloria Patris, pro glorioſi Patris virtute & poteſtate, 6.4. Gloriam Dei mutare, eſt, pro Deo glorificando aliud amplecti, 1.23.

Gloria ſolida quærenda, *Ioan.*5.44. Gloria vana non quærenda, *Matth.*6.2. *Gal.*5.26. & 6.3. *Phil.*2.v.3.

Gloria pro maieſtate & ſplendore illo, qui Reges illuſtriores reddit, *Matth.*6.29. pro miſericordia, *Eph.*3.16. pro arca fœderis per metonymiam, 1.*Sam.*4.21.22.22. *Rom.*2.14. vnde & Templum dicebatur habitatio gloriæ Dei, *Pſalm.*26.8. pro honore, ea quæ reddenda eſt Deo, 29.2. & 96.7. & 115.1. *Matth.*5.16. *Luc.*2.14. 1.*Cor.*10 31. *Eph.*3.21. *Phil.*4.21. 1.*Tim.*1.17. *Iud.*v.25. *Apocal.*4.9. & 5.13 & 19.1.7.

Gloriari in Domino, eſt Deo totam Gloriam vendicare, ne in ſeſe ſuperbiat quiſpiam, 2.*Corinth.*10.17. deinde ad Dei gloriam, non ad ſua commoda referre quicquid gratiæ à Domino accepit.

Glaoria ſecundum carnem, eſt gloriari de rebus externis, veluti de generis nobilitate, &c. 2.*Cor.*11.18. Gloriari in vel ex corde, pro vera pietate, quæ in corde ſedem habet, 2.*Cor.*5.v.12. Gloriari in, vel ex facie, pro externis ſapientiæ & eloquentiæ humanæ laruis. *ibid.*

Gloriatio vera quæ. *Pſalm.*5.12. & 32.11. & 106.47. *Eſa.*41.16. *Iere.*9.23. *Luc.*10.20. *Rom.*5.v.23. 1.*Cor.*1.31. & 2.2. & 9.15. & 15.31. 2.*Cor.*10.17. *Iac.*1.9.

Glorficare Deum iubemur in corpore noſtro, 1. *Corinth.* 6.v.20. id eſt, ita ab omni ſcortatione abhorrere prorſus: ita, inquam, tum animo, tum corpore ad omnem puritatem comparare, vt noſtræ omnes & cogitationes & actiones ad Dei gloriam referantur, à quo tum corpus, tum animum idcirco accepimus, vt vtroque in ipſius gloriam vteremur. Huc pertinent & loci iſti, in quibus Dei gloriam in omnibus quærendam eſſe docemur, *Ioſ.*7.19. *Pſal.*12.1. *Matt.*6.9. *Ioan.*9.24. & 17.4. *Actor.*3.12. & 12.23. 1. *Corinth.* 6. 20. & 10.31. *Philip.*1.20. *Coloſſ.*3.17. *Tit.*2.10.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

*Gloria Dei in omnibus quærenda.*

Etenim ſacramentum regis abſcondere bonum eſt, opus autem Dei reuelare & confiteri honorificum eſt, *Tob.*12.

Ego Dominus, hoc eſt nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo: & laudem meam ſculptilibus. *Eſa.*42.

Siue manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. 1.*Cor.*10.

Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes: Deo & Patri per ipſum, *Coloſſ.*3.

*Gloria modeſta honeſte habenda.*

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto. *Pſalm.*5.

Gloriam ſapientes poſſidebunt, ſtultorum exultatio ignominia. *Prou.*3.

Ne dederis maculam in gloriam tuam, *Eccl.*33.

Gloriamus in ſpe gloriæ filiorum Dei. Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem. *Roman.*5.

Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate cordis, & in ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos. 2.*Cor.*1.

Nos autem non in immenſum gloriamur, ſed ſecundum menſura regulæ, qua menſus eſt nobis Deus menſuram pertingendi vſque ad vos.

Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt glor…

Opus autem ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſe… tum gloriam habebit, & non in altero. *Gal.*6.

Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua, … in humilitate ſua. *Iac.*1.

*Gloria vana fugienda.*

Ne glorieris in craſtinum; ignorans quid ſuperuen… es. *Prou.*27.

Pauper gloriatur per diſciplinam & timorem ſuum… qui honorificatur propter ſubſtantiam ſuam. *Eccl.*…

Qui gloriatur in ſubſtantia, paupertatem vereatur…

Melior eſt qui operatur, & abundat in omnibus, qu… riatur, & eget pane, *ibid.*

In veſtitu ne glorieris vnquam, vel in die honoris… *Ibidem.*

Væ vobis Phariſæis, quia diligitis primas cathedra… gis, & ſalutationes in foro. *Luc.*11.

Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, inuicem pro… cem inuidentes. *Gal.*5.

Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit, … cit. 6.

## ¶ Sententiae Patrum.

Puritatis intimæ bono gloriari non poteſt veracter… trinſecus gloriari perfecte reſpuerit, nec enim pure… proximi quærere lucra, qui propria non contempſit… *in epiſt.*

Si gloriari cupis, gloriam deſpice, & omnibus eri… *Chryſ. hom.* 4.

Magna eſt eius gloria, quæ nullis laudibus creſcit, … tuperatione minuitur. *Caſſ. in epiſt.*

Sæpe homo de ipſo vanæ gloriæ contemptu va… non enim eum contemnit, dum gloriatur intus de … amplexatur. *Aug. l. confeſſ.*

Qui bene didicit, vel expertus eſt vitiorum ſuperan… dus, intelligit vitium inanis gloriæ, vel ſolum, vel ma… dum eſſe perfectis, quo primo enim vitio lapſa eſt anim… mum vincit. *in Pſalm.* 7.

Inanis gloria huius ſeculi fallax eſt ſuauitas, & inf… bor, & perpetuus timor, & periculoſa ſublimitas: in… uidentia, finis cum prouidentia, *in Pſalm.*149.

Inanis gloria dixit age bonum quod vales: oſtende … ctis quod agis, vt bonus à cunctis dicaris, vt ſanctis & … hominibus prædiceris, vt Dei electus voceris, vt nemo … ſed vniuerſi debitum tibi honorem perſoluant. *de … tiorum.*

Non eſt tanti gaudii excelſa tenere, quanti mœroris … ſis corruere, nec tantam gloriam ſequi poſt victoriam, … ignominiam poſt ruinam. *Amb. in ſuo paſto.*

Gloria inanis, eſt inordinatus animi motus, quo aliqu… am deſiderat excellentiam, vt alios honore præcellat. …

Ne nimis religioſus velis videri, ne plus humilis, qu… eſt, gloriam fugiendo non quæras. *ad Nepotia.*

Sub hoſte, quem proſternit, moritur, qui de culpa, … rat, eleuatur. *Gre. l.*20. *mora.*

Qui ante oculos hominum gloriam ſequendo eam … re non poſſunt, ſtudent plerunque gloriam tenere fugi… nulli præſentem gloriam amantes aſſequi non poſſunt … cientes ſequuntur. *Gre. in mora.*

Tanto ad volandum latius patet fouea, quanto de … clarius gloriatur vita. *ibid.*

Quum bene viuitur, valde timendum eſt, ne mens … teris de gloria ſingularitatis eleuetur. *lib.6. mor.*

Non parua condemnatio eſt, ex eo bono quod comm… tur, gloriari priuatim. *in mor.*

Time ſagittam, leuiter violat, leuiter penetrat, ſed dico tibi, non leue infligit vulnus, cito interficit, nimirum ſagitta hæc vana gloria eſt. *Bern in ſerm.*

Non bonæ, ſed pax hominibus bonæ voluntatis: iniquus eſt, qui nequaquam pace contentus ſuperbo oculo, & inſatiabili corde, intentus anhelat ad gloriam, nec pacem inde retinens, nec gloriam apprehendens: nec laus calami eſt laudabilis in ſcriptura, nec in glorilingua aut labiorum ſermo bonus. *ſup. Cant.*

Necrecti plane, ſed peruerſi animi eſt quærere gloriam, & non habere virtutem, & velle coronari, qui legitime non certauit *in*

Virtus mater gloriæ eſt, ſola enim eſt, cui gloria iure debetur & non impenditur. Quare autem eſt ſine virtute gloria profecto debilis gloria viuit, propere affectatur, periculoſe captatur. *ibidem.*

Qui omnium pecuniarum contemptum habent, & nulli imaginationi totius mundi ſe immiſcuerint, & tyrannicas corporum concupiſcentias ſuſtinuerint: hi multoties capti à vana gloria omnia perdiderunt *Chryſ. in Ioan.*

Nihil enim ita pecunias concupiſcere faciat vt gloriæ cupido, propter hoc namq; famulorum greges, equos auro opertos, & argenteas menſas expetunt homines, non vtilitatem aut voluptatem quærentes, ſed vt multis oſtendatur. *ſup. Matth.*

Dicebant apud ſe, Si bene fecerimus cum pauperibus, quis nos videt & ſi viderint, non multi vident, & ſi multi vident, pro tempore vident, tranſit tempus, & cum tempore beneficii memoria. Melius eſt ergo ædificia facere, quæ aſpiciant homines non in hoc tempore ſolum, ſed etiam in poſterum. O inſipiens, quid tibi prodeſt iſta memoria, ſi vbi es, torqueris: & vbi non es, laudaris? *ibidem.*

Quiſquis ex deteriore iam melior eſſe cœpit, caueat de acceptis extolli virtutibus, ne grauius per vnam gloriam corruat, quam prius per cunctam vitiorum iaceat. *Iſid. l. 1. de ſummo bono.*

Dic mihi, vbi ſunt amatores mundi qui ante pauca tempora nobiſcum erant? nihil ex eis remanſit niſi cineres & vermes. Attende diligenter quid ſunt vel fuerunt homines, fuerunt ſicut tu comederunt, biberunt, riſerunt, duxerunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcenderunt. Hic caro eorum vermibus, & illic anima ignibus deputatur, donec rurſus infelici collegio colligati ſempiternis inuoluantur incendiis, qui ſocii fuerunt in vitiis, ſocii erunt in pœnis vna namq; pœna implicat, quos vnus amor in crimine ligat. *Aug. de anima.*

Quid profuit illi inanis gloria, breuis lætitia, mundi potentia, carnis voluptas & plenæ diuitiæ, magna familia & magna concupiſcentia? vbi riſus? vbi iocus? vbi iactantia? vbi arrogantia? De tanta lætitia, quanta triſtitia! poſt tantam voluptatem, tam grauis miſeria, de illa exultatione ceciderunt in magnam ruinam: & magna tormenta. Quicquid illis accedit, tibi accidere poteſt, quia homo es, homo de humo, limus de limo, de terra es, & de terra viuis, & in terram reuerteris, quando venit dies vltima, quæ ſubito venit, & forſitan hodie erit, certum eſt, quia morieris: ſed incertum, quando, quomodo, vel vbi, quoniam mors vbiq; expectat, tu quoq; ſi ſapiēs fueris vbiq; eam expectabis. *ibidem.*

Diuitias ſiquidem & honores ſollicitudo inſeparabiliter comitatur, pompa mundi & fauor populi fumus eſt, & aura ſubito euaneſcens, quæ ſi plærunque placeant, pœnitudinem inducunt, & ſi placeant ad modicum, productiore ſpatio diſplicebunt. *Petr. Rau, quodam ſerm.*

Tanta eſt pulchritudo iuſtitiæ, tanta eſt iocunditas lucis æternæ, hoc eſt, incommutabilis ſapientiæ: vt etiam ſi non liceret in ea amplius manere, quam vnus diei mora, propter hoc ſolum innumerabiles anni huius vitæ pleni deliciis & circumfluentia bonorum temporalium: recte meritoque contemnerentur. *Aug. l. de moral.*

Verus honor, qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno ſed nec ad eum ambiet nullus indignus, vbi nullus permittetur eſſe niſi dignus. Vera pax, vbi nihil aduerſi, nec à ſeipſo, nec ab aliquo quiſquam patietur: præmium virtutis erit ipſe, quia virtutem dedit, eique ſeipſum quo melius & maius nihil eſſe promiſit. Quid eſt enim aliud, quam quod per prophetam dixit: Ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi plebs, vbi ego ero vnde ſatientur, ego ero quæcūque ab hominibus honeſte deſiderantur, & vita, & ſalus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona? Sic enim & illud recte intelligitur, quod ait Apoſtolus. Vt ſit Deus omnia in omnibus, ipſe finis erit deſideriorum noſtrorum: qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. hoc munus, hic affectus, hic actus proculdubio erit omnib. ſicut vita æterna communis. *lib. 22. de ciuitate Dei.*

Incomparabiliter ſuperna ciuitas clara eſt, vbi victoria, vbi veritas, vbi dignitas, vbi ſanctitas, vbi vita, vbi æternitas. *De vita æterna.*

In ciuitate Dei rex veritas, lex charitas, dignitas æquitas, pax fœlicitas, vita æternitas, ſed in ciuitate Diaboli econtra. Rex falſitas, lex cupiditas, dignitas iniquitas, lis fœlicitas, vita temporalitas, *de ciuitate Dei.*

## ¶ Poeticae Sententiae.

Ouid. lib, 4. de Ponto, eleg. 2.

*Excitat auditor ſtudium, laudataque virtus*
*Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.*

Ouid. 2. Pont. 1.

*Artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis.*

Idem ad Liuiam

*Facta ducis viuent, operoſaque gloria rerum*
*Hæc manet, hæc auidos effugit vna rogos.*

Ouid. Metamor. lib. 11. fab. 7.

*An obeſt quoq; gloria multis?*

Martialis lib. 5. Epigram. ad Regulum.

*Vos tamen ó noſtri non feſtinate libelli:*
*Si poſt fata venit gloria, non propero.*

Tibullus lib. 4.

*Nil opus inuidia eſt, procul abſit gloria vulgi,*
*Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu.*

Tibullus circa finem.

*Procul abſit gloria vulgi.*

Iuuenal ſatyr. 10.

*Quis enim virtutem amplectitur ipſam.*
*Præmia ſi tollas? patriam tamen obruit olim*
*Gloria paucorum, & laudis, tituliq; cupido.*

Boetius lib. 2. metro 7.

*Quicunq; ſolam mente præcipiti petit,*
*Summamq; credit gloriam:*
*Late patentes ætheris cernit plagas,*
*Arctumque terrarum ſitum.*
*Breuem replere non valentis ambitum,*
*Pudebit aucti nominis.*

Iacob Billius, Anthol. Sacr.

In Deo gloriandum.

*Qua primum in mortem eſt homo pulſus fraude maligni*
*Hanc illi extremam bella peracta mouent,*
*Sublimes vt cum palmas claraſque coronas*
*Sumpſerit, atq; hoſtem ſubdiderit pedibus.*
*Virtuti propriæ velit aſsignare triumphum,*
*Non Domino cuius munus opusque fuit.*
*In quo vno ſemper ſuperat qui non ſuperatur:*
*Quo dignante manum ſubdere nemo cadit.*

Fugiendam eſſe mundi gloriam.

*Quo magis à Phœbo diſtat ſoror, hoc mage nobis*
*Fulget, at a ſupera lumine parte caret.*
*Cum vero fratri iuncta eſt, non lucida nobis*
*Illa quidem eſt: ſupero fulget ab orbe tamen.*
*Eſſe Deo quiſquis cupit ergo fulgidus, ipſi*
*Hæreat, & mundi ſpernat inane decus.*
*Nam quo mortales quiſquam eſt mage fulgidus inter,*
*Hoc minus eſt magno fulgidus ille Deo.*

Val. Flaccus 1.

*Si qua operis tanti domino conſurgere ponto*
*Fama queat tu ſola animos, mentemque peruris*
*Gloria: te viridem videt immunemque ſenectæ*
*Phaſidis in ripa ſtantem iuueneſque vocantem,*

Ouid. 5. Triſt. 15.

*Denique non paruas animo dat gloria vires,*
*Et facunda facit pectora laudis amor.*

Idem 4. Triſt. 3.

*Ardua per præceps gloria vadit iter.*

Silius 6.

*Arripuit, traxitque virum fax mentis honeſtæ*
*Gloria.*

Propter 4. 11.

*Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires:*
*Non iuuat ex facili lecta corona iugo.*

Teren. Phor.

*Non ſat, tuum officium te feciſſe, ſi non id fama approbat:*

Ex Comicis Græcis.

Τιμώμενοι γὰρ πάντες ἥδονται βροτοί.
*Honore gaudet affici ſe quilibet.*
Καλῶς ἀκούειν μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θέλε.
*Famam lubenter opibus anteponito.*
Κενῆς δὲ δόξης οὐδὲν ἀθλιώτερον.
*Miſerabilius eſt gloria vana nihil.*
Ζήτει σεαυτῷ δόξαν ἐγκατα λιπεῖν.
*Tibi ſtudeto gloriam relinquere.*

## ¶ PHILOSOPH. SENTENT.

*De gloria* Dial. xcii.
Franciſci Petrarchæ.

Gaud.

Inueni magnam gloriam. R. Magna in exiguo qualiter explicentur non intelligo, Si temporum, ſi locorum auguſtias metiare,

XX 4 magnam

magnam hic gloriam non eſſe fateberis. Non ingeram tibi vt terra omnis punctus eſt, cuius ipſius partem maximam natura fecit inhabitabilem atq; inacceſſibilem fortuna: vt tempus præſens puncto minus, idq; ipſum ſemper inſtabile fugæq; tam rapidæ, vt vix illam animo ſequi poſſis. Cuæ reliquæ temporis partes ſemper abſentes, ita vt altera nos lubrica memoria, altera expectatione anxia fatiget, vt omne ſimul tempus aut, diluuiis, aut æſtu nimio, aut peſte aliqua, aut cœli inclementia vel terrarum deniq; per ſeipſum lapſu proprio ita diſceiptum atq; confuſum ſit, vt vna ſæpe ætas prope nihil habeat commune cum altera. Neq; minus in temporibus quā in locis videas exiguo interuallo notiſſimum non ignoſci. Hæc inquam & quæ ſunt id genus plurima tranſeo. Vulgata omnia quibus liquido cernitur, quænam hæc mortalis ac terrenæ gloriæ magnitudo eſt. G. Quam conditio mea fert gloriam ſum adeptus. R. Si indignam, breuem hercle, at ſi dignam gaude, non quod habeas ſed quod meritus ſis, G. Gloriam quæſiui. R. Gloria vera niſi bonis artibus non quæritur. Vnde tibi partum nomen vide, ſic intelligas an gloria vera ſit, famam ſi caſus dedit, eripiet. G. Multum eſt gloriæ. R. Caue ne quam gloriam veram putas, imago falſa ſit gloriæ. In rebus hominum multa regnat illuſio. G. Plurimum eſt gloriæ. R. Vt nemo pauper magnæ pecuniæ famam quærit niſi vt fallat; ſic nemo ignauus magnæ virtutis opinionem, vterq; tamen ſibi conſcius quicquid de ſe alii loquantur quantum vel pecuniæ in arcula vel virtutis in animo ſit. G. Inſignis eſt gloria. R. Si ex merito, modeſte vtere, ne ſuperbiæ illi notam applicueris, Si minus, fac ne diu populum fallas. G. Præfulgens eſt gloria. R. Vel mereri ſtude, vel graue non tuum indumentum exue Ingloriùm eſſe præſtitit, quam mendacio glorioſum. Vera etiam gloria cum labore ſeruatur, quid de falſa ſperes? Cum omnis fictio difficilis ſit, tum difficillima eſt quū multi vndiq; obſeruant. Rati nempe ſunt glorioſi, hos propter diſſimilitudinem obſcurum atque inuidum vulgus odit. Graue eſt inter tot hoſtium inſidias latere, præſtringere omnium oculos non potes in te tanto ſtudio defixos. G. Glorioſus appareo. R. Melius forſitan lateres & certe tutius, hoc grauiter dixit is qui multa leuiter, *Bene qui latuit, bene vixit.* G. Clarus lateq; notus ſum, longeq; conſpicuus. R. Liuor abdita penetrat rimaturq;, putas conſpecta prætereat? Quid quod pauci ſunt, quibus expediat apparere, & conſpici, pauci quorum famæ non noceat ad plenum noſci? Notiſſimum Claudiani dictum, *Minuit præſentia famam. Quanto magis illam minuit notitia.* Raro ſunt homines quod videntur. G. Glorioſus videor. R. Caua nube circumdatus deliteſcis. Si parumper emerſeris, quo plus gloriæ falſæ fuit, eo veræ plus erit infamiæ G. At gloria vera eſt. R. Id nemo te melius nouit, ita demum ſi externi iudicis incorruptum animum tuis in rebus aſſumpſeris. Gloria quidem (vt ſapientibus placet) quaſi quædam vmbra virtutis eſt. Illam comitatur, illam ſequitur quandoq; etiam antecedit? quod in adoleſcentibus claræ indolis videmus, quos ante perfectam virtutem præconcepta de illis ſpes hominum claros facit, quæ quibuſdam velut ſtimulis generoſos modeſtoſq; animos excitat atq; erigit, & impellit ad æquandam ſpem ciuium ſuorum. Stultos autem timidoſq; præcipitat. Hinc transformatio illa ridicula clarorum adoleſcentium in obſcuros ſenes. Laus quidem ſapienti vtilis, ſtulto nocet. Ex his vides vmbram per ſe ipſam eſſe non poſſe? rei cuiuſpiam ſit oportet. Viſne igitur gloriam veram eſſe? fac vt vera & ſolida virtus ſit.

*De ſperata gloria ex conuictu.*
DIAL. CXIX.

GAVD.

Spero gloriam ex conuictu. R. Refert multum quibus conuiuas, ſunt quidam vtinamq; non plurimi quorum conuerſatio ſit infamis. G. Scio niſi bonis artibus, aut bonorum contubernio gloriam non quæri. Ego hoc vltimo ſubnixus ſpero, vel bonorum exēplo bonus fieri, vel ſi nihil aliud horum, vel familiaritatis ſolam gloriam mihi fore. R. Eſt id quidem in adoleſcente præcipue ſignum optimum, qui niſi bonum animum haberet, nequaquam iungi bonis optaret. Eſt enim amicitiarum, ac familiaritatum fere omnium cauſa, nexuſq; ſimilitudo quædam. Age ergo ſi quos imitaris æquaueris, bene erit, Si minus, modo quod in te eſt nihil omiſeris: ipſa volūtas bona, laudis, & gloriæ præmio non carebit. Prima enim & maxima pars virtutis eſt bonum velle, quod niſi præceſſerit non ſequitur virtus. G. Familiaritate bonorum glorior. R. Laudo id quidem modo nec te lucri cuiuſpiam nec alia ſpes inducat, eoq; tua tantum, pergat intentio, vt ſimilis illis fias. Alioqui quod propter gloriam ſolam fit, verā gloriam non meretur. G. Ex bonorum cōuictu gloriam ſpero. R. Spes quidem magna nec improba, quando & in ſciētia, & in eloquentia, & belli paciſq; artibus obſeruando, & imitando fit. Multi olim illuſtres ex conuictu illuſtrium euaſere. Illud vide, ne aut tibi pro bonis ducibus malos elegeris errore aliquo, aut bonum flebili raritate & virtutum huius ætatis inopia prorſus aſſequi nequeas quod intendis.

*De gloria ex ædificiis ſperata.*
DIAL. CVIII.

GAVD.

Ex ædificiis gloriam ſpero R. Neſciebam calce,
& lapidibus gloriam quæri, credebamq; quod rebus
tibus quæreretur. G. Ædificando mihi gloriam
lem & caducam. Omnia quæ manu hominum facta
hominum euertuntur, vel ſtando & durando deficiunt
manus longe præualidas longa dies, e cunctis noſtris
lum ſenio reſiſtit. Ruentibus ergo ſuper quibus hæc
data eſt, ipſam quoq; corruere eſt neceſſe. Si forte
ce ad antiqua, quæ ignota tibi quidem eſſe non poſſunt
Troianum illud Ilion ſuperbum? Vbi Byrſa Carthaginis
& mœnia Babylonis, beluarum nunc habitatio, &
Babylone loquor antiqua, altera nempe propinquior
tior adhuc ſtat, cito itidem caſura: ſi eſſetis viri; Vbi
ptem illa opera Græcis ſcriptorib. celebrata? Atq; (vt
ra veniamus) vbi eſt quæſo illa Neronis domus aurea
fatigauerit Architectos cogita, lectores etiam nunc
quidem domus vna cum aliis ædificandi furoribus
exceſſit, ad inopiam illum compulit & rapinas: vbi
Diocletianæ, & balneum Antonianum, & Cymbium
ptizonium Seueri: & eiuſdem thermæ Seuerianæ? Do
mam rerum attingam, vbi eſt Auguſti forum, &
ris, vbi ædes tonantis Iouis in Capitolio? & Apollinis
palatio? vbi eiuſdem porticus, ac Bibliotheca Græca
na? vbi porticus altera & Baſilica Gaii, Luciiq; nepotum
ne dedicata, & extructa? & porticus tertia Liuiæ
Octauiæ, Theatrumq; Marcelli Vbi tot, opera per
ſu eiuſdem principis, & hortatu, multis vrbis in
tantis impenſis ædificata? Martii Philippi ædes Herculis
Lucii Cornificii ædes Dianæ, Aſinii Pollionis atrium
nacii Plancii ædes Saturnia, Theatrum Balbi Corne
atrum Statilii Tauri? Innumerabilia præter hæc opera
pæ, neue eam per ſingulos, vbi ſunt luxurioſa
Quære in libris, inuenies nomina. Quære vrbem
inuenies, aut perexigua tantorum operum veſtigia
ſperes, videris. Certe Auguſtus omnium ſupremus
ædificia reliquiſſet, iampridem eius gloria corruiſſet
templa deorum, quæ parauerat in ipſos ædificantes
iam loca, hac ipſa ætate in eadem vrbe alia ceciderunt
runt & nunc vix ponderibus ſuis ſtant præter vnum
grippæ, quod diis erectum ſancti poſſident & Maria
ſimam illam domum ſui nominis virtute ſuſtentat
aliis quam lapideis fundamentis eget gloria
dificiis gloriam quæro R, Quære illam igitur
inuenies, vbi non eſt, vera quidem gloria non eſt
in ſaxis, Sunt fateor rerum vulgo iudicis, qui dicant
gloriam quæri, Gerendo magnum aliquid quod
thores idonei: Vel ſcribendo aliquid quod mereatur
ſteri: Vel inſigne aliquod onus extruendo, Vt
hoc, omnium & minimum, ac caducum. G. Relinquam
ciorum, quibus moriens ipſe mecum glorior, &
ſpero, R. Gloriatus eſt Auguſtus ipſe (de quo dixi)
moream relinqueret, quam latericiam accepiſſet
niſi aliis rebus adiuta eſſet, quonam fuerit peruentura
proinde cum melioribus curis morere ſtabileſq;
Iſta etenim quibus fidis, & nullius pretii ſunt, &
tur inque ipſam, vnde ſumpta, terram reuertentur
domos, vnde laudē ſpero. R. Laudabunt forſitan
bunt. Breuis laus & anguſta, qui poſt venient, vel
vel à paganis (vt vulgo dicitur) iactas dicent,
tum erit.

Gloria, eſt illuſtris & peruagata multorum & magnorum
ſuos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum
ritorum. *Cic. pro Marcello.*

Gloria, eſt ſolida quædam res & expreſſa, non adumbrata
conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene
excellenti virtute: ea virtuti reſonat, tanquam imago
quia recte factorum plerunque comes eſt, non eſt
dianda. Illa autem quæ ſe eius imitatricem eſſe
inconſiderata, & plerunq; peccatorum, vitiorumq;
popularis, ſimulatione honeſtatis, formam eius,
corrumpit. Tu ergo quæ habent ſpeciem gloriæ,
ſimis ſplendoris inſignibus, contemne: breuia
exiſtima. 3. *Tuſc.*

Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur
tanquam floſculi celeriter decidunt: nec ſimulatum
teſt eſſe diuturnum. 2. *Offic.*

Honos eſt præmium virtutis iudicio ſtudioq; ciuium
aliquem. Qui eum ſententiis, qui ſuffragiis adeptus
ſtus & honoratus videtur. *De Clar. Orat. ad Brut.*

Is verus triumphus eſt, cum bene de Republica

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…m à conſenſu ciuitatis datur. *Philip.* 14.

…onos videri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficii, ſed …er magna merita claris viris defertur & datur: eſt que non in…entum ad tempus, ſed perpetuæ virtutis præmium. *Ad Planc. lib.* 10.

…eſt profecto iucunda laus, quæ ab his proficiſcitur, qui ipſi in …e vixerunt. *Ad M. Catonem Fam. lib.* 15.

…mihi videtur ampliſſimus, qui ſua virtute in altiorem locum …enit, non qui aſcendit per alterius incommodum & calamita… *pro Roſc. Amer.*

Quæ melior in genere hominum natura, quam eorum qui ſe …ad homines iuuandos, tutandos, conſeruandos arbitrantur? …ad Deos Hercules: nunquam abiiſſet, niſi, cum inter homines …eam ſibi viam muniſſet. 1. *Tuſc.*

…tam præclare cum iis eſt, quorum virtus eſt, nec obliuione co…qui ſunt, nec reticentia poſteriorum, ſepulta eſſe poterit. *Phi…*

…is vita data eſt, at memoria bene redditæ vitæ ſempiterna, …non eſſet longior, quam hæc vita, quis eſſet tam amens, qui …is laboribus & periculis ad ſummam laudem gloriamq; con…? *Ibid.*

…ngum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit, immen… gloriæ *pro C. Rab.*

Vita breuis eſt, gloriæ curſus ſempiternus. *pro Seſt.*

Breue tempus ætatis ſatis longum ad bene viuendum. 1. *Tuſcula…*

Honos alit artes, omneſq; incendimur ad ſtudia, gloria? iacentq; …ſemper, quæ apud quoſq; improbantur. 1. *Tuſc.*

Trahimur omnes laudis ſtudio, optimus quiſque maxime gloria …r. Ipſi illi philoſophi etiam in illis libellis, quos de contem…da gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt, in quo prædicatio…m & nobilitatem deſpiciunt, prædicari ſe, ac nominari volunt. *pro Archia poeta.*

Opifices poſt mortem nobilitari volunt. Quid enim Phidias ſui …em ſpeciem incluſit in clypeo Mineruæ, cum inſcribere non li…? Quid noſtri Philoſophi? nonne in his ipſis libris, quos inſcri…, de contemnenda gloria, ſua nomina inſcribunt? 1, *Tuſc.*

Nemo eſt tam auerſus à Muſis, qui non mandari verſibus æter…orum laborum facile præconium patiatur. *pro Archia Poe…*

Nemo noſtrum in Reip. periculis cum laude ac virtute verſatur, …poſteritatis, fructuq; ducatur. *Pro C. Rab.*

Quam optimus quiſque maxime poſteritati ſeruiat, eſſe aliquid …mile eſt, cuius is poſt mortem ſenſum ſit habiturus, 1. *Tuſcu…*

Licuit eſſe otioſo Themiſtocli, licuit Epaminondæ: ſed neſcio …modo inhæret in mentibus, quaſi ſæculorum quoddam augu…m futurorum: quo quidem demto, quis tam eſſet amens, qui …er in laboribus & periculis viueret? *ibi.*

…i afficiuntur lætitia cum vicerint, & pudet victos, vt ſe accu…! quam cupiunt laudari! quos illi labores non perferunt, …qualium principes ſint? *de Finib.*

Quis tantos labores diurnos, nocturnoſque domi, militiæque …ſi iiſdem finibus gloriā ſuam quib. vitā eſſet terminatu…? Sed optimi cuiuſque animus maxime ad immortalitatem …nititur. *Cato Maior.*

Eſt anguſti animi atque demiſſi, triumphi honorem atq; digni…m contemnere. Nam & leuitatis eſt. *In Piſo.*

Præſtantes viri, nunquam tanta conati eſſent, quæ ad poſteri…m memoriam pertinerent, ni animo vidiſſent poſteritatem ad ſe …ere poſſe. Nonne melius multo fuiſſet, otioſam ætatem & …m ſine vllo labore & contentione traducere? Sed neſcio quo …do animus erigens ſe poſteritatem ſemper ita proſpicit, quaſi cū …ſſet è vita, tum denique victurus ſit. *Cato Maior.*

Sapiens virtutis honorem, præmium, haud prædam petit. 3. *de O…*

Nullam virtus aliam mercedem laborum, periculorumq; deſi…, præter hanc laudis & gloriæ: qua quidem detracta, iudices, …eſt quod in hoc iam exiguo vitæ curriculo & tam breui, tantis …laboribus exerceamus? Certe ſi nihil animus, præſentiret in …rum, & ſi quibus regionibus vitæ ſpatium circumſcriptum …dem omneis cogitationes terminaret ſuas: nec tantis ſe labo…s frangeret, neque tot curis vigiliiſq; angeretur, nec toties de …ipſa dimicaret. Nunc inſidet quædam in optimo quoq; vir… quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat atq; admo… non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem …nis noſtri, ſed cum omni poſteritate adæquandam. *Pro Archia Poeta.*

Nullam mercedem tanta virtus, præter hanc laudis & gloriæ de…rat: qua etiam ſi careat, tamen eſt ſeipſa contenta: quanquam in memoria gratorum hominum, tanquam in luce poſita lætetur. *Philip.* 5.

Ex omnibus præmiis virtutis, ampliſſimum eſt præmium glo…: quæ vitæ breuitatem poſteritatis memoria conſolatur: quæ ef…t vt abſentes adſimus, mortui viuamus cuius gradibus etiam ho…nes in cœlum videntur aſcendere. *pro Milone.*

Non vita hæc dicenda eſt, quæ corpore & ſpiritu continetur: illa inquam, illa vita eſt, quæ viget memoria ſæculorum omnium quā poſteritas alit, quam ipſa æternitas ſemper intuetur. *pro Marc.*

Qui ſordido vehiculo erubeſcit, pretioſo gloriabitur. Quid ad rē pertinent mulæ ſaginatæ? quid iſta vehicula cælata? quid phaleræ deauratæ? Quid monilia demiſſa pectoribus? Iſta nec dominum poſſunt facere meliorem, nec mulam, *Sen. ep.* 88.

O quantum erat ſeculi decus! Catonem vno caballo eſſe contē-tum, & ne toto quidem: partem enim ſarcinæ ab vtroque latere dependentes occupabant. O quam cuperem illi nunc aliquam occurrere ex his troſſulis in via, & multum ante ſe pulueris agitantibus. *ibid.*

Quæris quali menſa, quali argento, quam paribus miniſtris, & leuibus afferatur cibus? nil præter cibum natura deſiderat. Nunquid tibi quum vrit ſitis, aurea quæris pocula? ambitioſa non eſt fames, contenta eſt deſinere, quo deſinat, non nimis curat. *ibidem.*

Nunquid fortis ſe fortem gloriabitur, quem corporis ægritudo efficit infirmum? *de mo.*

Nunquid diues in opibus ſuis gloriatur, cuius ſpem fur vel tyrannus arripuit; *ibid.*

Nunquid nobilitas gloriabitur, effecta nonnunquam indignis & miſerabilioribus ſeruiens? *ibid.*

Cito ignominia fit ſuperbi gloria. *In Prou.*

Duplex eſt gloria, altera adumbrata, & ex populari rumore progenita propagataq;, quæ nec iudicio prouenit, nec firma perdurat, quam veluti vitium ſapiens minime expetit: Altera eſt ſolida, vera, ac durabilis: quæ ex conſenſu bonorum producitur. *Sicut enim conſuetudo ſermonis, conſenſus eſt eruditorum,* vt ait Quintilianus: ſic conſentiens laus bonorum gloria appellatur: quam, D. Auguſtinus dixit eſſe iudicium hominum bene de hominibus opinantium, hæc autem bonis viris non eſt contemnenda: quum tamen ſapiens non gloria, ſed conſcientia recte factorum virtutem metiatur. Cicero ſcripſit de gloria, ſed illi, vt plerique alii, temporum calamitate deſiderantur. Inter gloriam & claritatem hoc intereſt: quod gloria multorum iudiciis conſtat, claritas autem bonorum. Author eſt Seneca libro epiſtolarum moralium duo deuigeſimo. *Beroal. in Comment. ibid.*

Honor non eſt, ſicut Ariſtot. exiſtimauit, & eum plerique Gentiles ſecuti (precium virtutis) ſed teſtificatio, qua teſtamur nos ſentire atque exiſtimare, virtutem in illo ineſſe, quem honoramus. *Ludouicus Viues li, 3. de Anima.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Bion* gloriam dicebat eſſe matrem annorum, ob id opinor, quod cum hominis vita ſit breuis, honeſta memoria in multa ſecula propagatur, *Laer, l.* 4. *c.* 7.

*Heraclitus,* viam ad gloriam maxime compendiariam eſſe dicebat, ſi quis bonus eſſe ſtuderet. *Ant. & Max. ſer. de gloria.*

*Socrates,* hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat, ſi quiſque id ageret, vt qualis haberi vellet, talis eſſet. *Cic. l* 2. *Offic.*

*Democritus* fertur & illud ſolitus dicere, λόγος ἔργου σκιή id eſt, Oratio operis eſt vmbra. Significans, ex egregiis factis naſci laudes, hominum eloquentium, non contra. Primam igitur oportet eſſe curam factorum: quam gloria conſequitur vltro. *Laer. li.* 9. *c.* 7.

*Ageſilaus,* à quodam interrogatus, qua ratione perpetuam ſibi gloriam parare poſſet? Si mortem contemſeris, ait, nihil enim præclare rei gerere eum, cuius animum mortis metus occupat. *Plut. in apoph. Lac.*

*Themiſtocles* adoleſcens, in compotationibus ac mulierum amoribus volutabatur. At poſtquam Miltiades apud Marathonem deuiciſſe barbaros, iam nullus offendit illum quicquam agentem præter decorum: Percontantibus autem vnde ſic eſſet repente mutatus? Miltiadis, inquit trophæum non patitur me dormire neque ceſſare, Gloriæ ſtudium excuſſit amorem voluptatum: clauum, vt aiunt, clauo. *Plut. in apoph.*

*Idem* ad Olympiæ certamen profectus, cum in ſtadium proceſſiſſet, omnes neglectis certaminibus oculos in ipſum intenderunt, in eoq; complexando diem totum conſumpſerunt, ac Themiſtoclem illum cum plauſu & admiratione peregrinis oſtenderunt. Ea re vir gloriæ omnium cupidiſſimus, dixit amicis, ſe eo die laborum quos pro Græcia ſuſcepiſſet, omnium fructum ampliſſimum reportaſſe. *Plu.*

*Anonymus.* Ex Indis quendam ſagittandi arte cumprimis celebrem, adeo vt etiam per annulum ſagittam mittere diceretur, quum in bello cepiſſet Alexander iuſſit artis ſuæ ſpecimen edere: recuſantem, iratus rex necari iuſſit. Quum duceretur homo, dixit his à quibus ducebatur, ſe multis diebus non exercuiſſe artem, eoque timuiſſe ne aberraret. Id vbi renunciatum eſt Alexandro, quod non contumacia, ſed ignominiæ metu recuſaſſet, admiratus ingenium gloriæ ſtudioſum: dimiſit illum donatum: eo quod mortem oppetere maluiſſet, quam fama ſua videri indignus. Hic apparet, non omnino vanum eſſe, quod prouerbio iactatum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ctatum eſt, Simile ſimili eſſe amicum. Alexander gloriæ ſupra modum appetens ſimilem affectum in aliis amabat. *Plut.*

*Phryne* quum Alexander Thebanorum mœnia diruiſſet, Phryne meretrix pollicita eſt ſe ſuis impendiis repoſituram, modo ciues paterentur hoc inſculpi elogium;

Ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρύνη. id eſt, *Alexander quidem ſubuertit, ſed Phryne reſtituit.* Hic merito quis dubitet, vtrum ſit admiratione dignius, an quod tanto nominis amore teneretur, vt titulum tam care voluerit emptum? Nam vt præclarius eſt reſtituere, quam demoliri: ita ſpecioſior fuiſſet laus Phrynes ſcorti, quam Alexandri Regis, *Eraſm. l. 8 apoph.*

*Epaminondas.* Venerat Thebas Iaſon Theſal. belli ſocius futurus, Is cum Epaminondæ egenti, duo aureorum millia miſiſſet, nõ accepit, ſed ipſum Iaſonem intuitus: iniuſtis, inquit, imperas, ipſe deterior, Sentiebat autem, iniquas eſſe opes, quæ poſſeſſorem facile ſeducunt. At viros fortes gloria, virtutis præmio contentos eſſe debere putabat. *Plut. in Græc apopht.*

*Pericles.* quum Thucydides vociferaretur apud populum aduerſus Periclem, quod in picturas ac ſtatuas ſummorum artificum profunderet Reipublicæ cenſus: ipſe aſſurgens rogauit populum, Videreturne multum impendiſſe? quo reſpondente; Plurimum: Age, inquit, ſit igitur hæc mihi impenſa & non vobis: atque ipſis donariis deorum, meum tantum nomen inſcribam. Hæc vox ſubito mutauit animum populi, iuſſitq; vt publicis impendiis peregeret, nec vllis parceret ſumptibus. *Eraſ. lib. 5. apoph. ex Plut.*

Eum iam morientem quum neceſſarii mœſti deplorarent, ac præturas commemorarent, potentiam, & quæ trophæa, quas victorias vrbeſque Athenienſibus partas reliqueret: paululum ſeſe erigens, reprehendit eos, quod communes multorum, & fortunæ magis quam virtuti debitas laudes retuliſſent, pulcherrima, & maxima, ipſique propria hac laude prætermiſſa. Quod propter ipſum nemo Athenienſium nigram veſtem vnquam ſumpſiſſet. *Plutarch.*

*Epaminondas.* Meneclida quodam oratore ipſum aliquando traducente, vt qui de ſe quam de Agamemnone amplius ſentiret: facio, inquit, hoc propter vos, Thebani, quorum ſolorum opera Lacedæmoniorum imperium vnica die euerti. *Plut. lib. de ſui laude, &c.*

*Phocion,* Leoſthene adhuc rem feliter gerente interrogatus ab oratoribus, quid nam beneficii in vrbem contuliſſet? Nihil, inquit, quam quod me prætore vos orationem funebrem nullam habuiſtis, ſed quotquot mortui ſunt, in ſepulchris maiorum ſunt humati *Plut.*

*Antigonus*, quum mitteret filium ſuum Demetrium cum numeroſa claſſe, magnaque militum vi ad Græcos liberandos, dicebat: Gloriam à Græcia, velut à ſpecula in orbem terrarum accendi, iuuenem gloriæ ſtudio extimulans, vt ſtrenue rem gereret, quod eius laudis rumor non intra Græciæ fines eſſet continendus, ſed ob Græci nominis celebritatem, per omnes mundi plagas dimanaturus. *Plut. in Regum apoph.*

*Antigonus iunior.* Is cætera faſtu vacuus, & princeps moderatus, in nauali quodam prælio amicorum quodam dicente, Non vides quanto plures ſint hoſtium naues? Me vero ipſum, inquit, quot nauibus opponis? *Plut. in apoph.*

*Scipio iunior* cenſor creatus, adoleſcenti cuidam equum ademit, quod eo tempore quo Carthago oppugnabatur, ſplendide cœnatus, libum in vrbis ſimilitudinem figuratum, cui Carthagici nomen indiderat, conuiuis diripiendum propoſuiſſet. Iuuene vero cauſam ſciſcitante, cur equo priuatus eſſet? Quoniam, inquit Scipio, me prior Carthaginem diripuiſti, *Plutarchus in Rom. apophthegm.*

*Iul. Cæſar,* poſtquam milites, qui Scipionem in Africa ſequebantur, fugiſſent, & Cato victus ſibi necem Vticæ conſciſſet: Inuideo, inquit Cæſar, ô Cato, tibi mortem iſtam, quando tu mihi ſalutem inuidiſti. *ibidem.*

*Baſilius* ſi gloriam quæris, & cupis ſcuperior multis videri, & in rebus mundanis clarus fieri, ſis iuſtus, temperans, prudens, fortis & patiens in aduerſis pro religione ſuſcipiendis, &c. *Ant. & Max. ſer. de gloria.*

*Crates* dicebat, ſe pro patria habere gloriæ neglectum & paupertatem, in quæ nullum ius habet fortuna. *Laer. l. 7. c. 5.*

*Democritus*, vnus, aiebat, mihi pro populo eſt, & populus pro vno. *Seneca epiſt. 7.*

*Anonymus*, quum quæreretur à quodam egregio opifice, quo tanta diligentia artis ſpectaret ad pauciſſimos peruenturæ: ſatis ſunt, inquit, mihi pauci, ſatis eſt vnus, ſatis eſt nullus. *ibid.*

*Diogenes,* cum præconem in Olympiis ita pronuntiantem audiuiſſet. Doxippus vicit viros, correxit; Hic, inquiens, mancipia potius vicit. Oſtendens, eos nequaquam eſſe viros, qui in his certarent ſpectaculis, ſed mancipia potius gloriæ. *ibid.*

*Socrates,* cum audiret recitare Lyſidem Platonis; Deum, inquit, immortalem, quam multa mentitur de me adoleſcẽs, ſiue quod ob modeſtiam non agnoſceret laudes quas tribuebat Plato, ſiue quod in dialogo multa de Socrate fingeret. *Eraſ. 3. apoph.*

*Epicurus,* quum vni ex conſortibus ſtudiorum ſuorum ſcriberet: Hæc, inquit, ego non multis, ſed tibi ſatis ... alteri theatrum ſumus. *Seneca epiſt. 7. ad Lucil.*

*Metrocles* libros ſuos exuſſit dicens:

Τὰ δ᾽ εἰς ὀνείρων νερτέρων φαντάσματα.

id eſt:

*Sunt inferiorum hæc ſomniorum imagines.* Sentiens ... deliramenta, quæ ſcripſerat *Laer. l. 6. c. 6.*

*Frontinus* vetuit ſibi extrui monumentum ... monumenti ſuperuacanea eſt, memoria noſtra ... ruimus. Excelſi animi eſt, quum præclara geſſeris ... temnere. *Eraſ. li. 8. apoph.*

¶ Similitvdines.

*Plutarchi.* Vt conuenit amantibus diuerſas ... de pereuntibus male conuenit: Sic diſſident, qui ... riam affectant. *Moral.*

*Qui eſuriunt*, magis irritantur, ſi conſpexerint ... magis inflammantur ad gloriam, qui gloriæ ſunt ... audiunt laudari. *ibid.*

*Ciceronis*: Vt leuitas eſt, inanem aucupari rumo... vmbras etiam falſæ conſpectari: Sic leuis eſt animi ... remque fugientis, iuſtam gloriam, quæ eſt fructus ... neſtiſſimus, repudiare. *in Piſonem.*

*Roterodami.* Vt chamælion non alio paſcitur ... aeris, & idcirco ore eſt ſemper hiante: Ita quoſdam ... alit: neque quicquam captant præter inanes laudes ... *Simil.*

*Chryſoſtomi.* Vt in ſeculari bello videmus, quia ... gnam de præda victoriæ cogitat, difficile vincit ... dit, quaſi ad mortem facile vincit: Sic & nos in hoc ... tuali viuentes, non debemus cogitare, qualem glo... mur, ſed quomodo euadamus ruinam peccati ... *homil. 35.*

*Intollerabilis* quædam eſt ebrietas vana gloria ... cit ditioni, is ægre in ſanitatem reſtituitur, Et quam ... infecit animam, à cœlo abſcindens, terræ affigit ... us ſinit, vt ad veram lucem ducere poſſit intuitum ... modo afficitur, nullo præceptore, omnia ſua ſponte ... aliis placere arbitratur: vt aliis admirationi ſit ... huius intelligere tyrannidem? Si quempiam ... precioſiſſimas ſibi merces, magno auri pondere com... ris, quanam gratia tantum auri profundat ... ptus velit, nullam aliam ob eo rationem accipies ... placeat. Quod ſi deinde, qui populus ſit? percunctaberis ... inquit, tumultus, perturbationiſq; plenus, & ſtultitia ... te conſtans, atq; compoſitum temere, per maris fluctus ... gnante ſententia ſæpenumero iactatum. Qui igitur ... tii domino premitur, nonne omnium miſerrimus ... maiores noſtri ſic etiam appellarunt. Inanis eſt ... latum nec glorioſum in ſe habens, tanquam perſonæ ... quidem viſu, & decoræ, intus autem inanes reper... ſpectu cum ipſo elegantiores appareant, neminem ... ad ſe amãdum allexerunt: Ita nihil miſerius quæ ... paratur gloria: difficilem vobis & violentum affectum ... ſpectu namq; ſolo pulchra atq; elegans videtur ... non inanis modo, verum etiam ignominioſa, crudeli... lentiæ plena. *Hom. 2 in Ioannem.*

*Quemadmodum* vermis ligna, ex quibus naſcitur ... rum conſumit: Ita inanis gloria altricem ſui animam ... 29. *In Ioannem.*

*Spinarum* eſt plena gloria, multorum capitum ... quibus fouetur, quibus ſuſcipitur, armata. *ibid.*

*Vana gloria* eſt beſtia varia & multiformis, & ... virus diſſeminat, pecuniis, deliciis, corporis pulchri... mentorum copia. *Hom. 68. in Ioannem.*

*Nihil vilius* abiectiuſq; vana gloria. Sicut ſi videres ... multitudinem paruulorum, eorum ſcilicet qui ... ſunt, ab iis non cupis gloriam: Ita te neceſſe eſt ... mnes affici. Idcirco. n. inanis dicitur gloria. Non ... ſibi perſonas imponunt hiſtriones: quam præclaras ... quam ad extremam, quam ad exactiſſimam formam ... ctas? Poteſne mihi huiuſmodi aſpectum verum eſſe ... minime ſane. Quid igitur? non eas aliquando ... quoniã inanes ſunt immutantq; decorũ, ſed nullus ... cor. Ita & gloria inanis eſt, mutaturq; gloriam, non ... ria eſt. Illa quippe ſola permanet quæ naturalis eſt ... conditur. Porro quæ extrinſecus adhibetur, obtulit ... tem, ſed id apud homines & vſq; ad veſperam ... tro, ſublatiſq; perſonis vnuſquiſq; quod eſt ... igitur velut in ſcena atq; ludo, veritatem arripiamus ... ria nihil ſolidi in ſe habet, nec veri. Extincta eſt ... luta, rem tam inſtabilem amare quo pacto ... magnæ eſt ſtultitiæ: hanc velut lutum incomparan...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gloriæ Dei contemnas. *Ad Titum homil.*3.

Inanem gloriam cum formica componit, quæ breuis & puſilla: ingentes tamen ſegetum fructus, graui labore rapit. Inſidiatur formica vt grana matureſcant: Stat itinſidiis inanis gloria expectans vt ſpirituales diuitiæ cumu-. Gaudet formica, coaceruatas frugum opes populari: Gau- modo inanis gloria, bene partos virtutum theſauros di-.

Priſci patres naturam inanis gloriæ deſcribentes, cœpis perſimilem eſſe dixerunt quibus multiplici veſte conte- vnam exueris, alia rurſum, quæ pene illam ſequens late- rediuiuo ordine pullulans aperitur. *De perſeuerantia re-*

Vt ignis non reddit fumum, ſi ſtatim emicet flamma: gloria eſt obnoxia inuidiæ, ſi protinus eluceſcat: ſed eos qui creſcunt, ſequitur inuidia. *In Moralib.*

malo addit opes & gloriam, is febricitanti miniſtrat vi- mel, cœliacis obſonia, quæ morbum animi, hoc eſt, augeant. *ibidem.*

magis prodeſt iis qui vident, quam qui videntur: Sic magis confert iis qui eam ſentiunt, quam quibus contingit.

initio ingens, facile euaneſcit: Sic gloria falſo parta *ibi-*

ſi immineat hominis vertici, aut prorſum tollit vmbram reddit: Sic ingens gloria extinguit inuidiam. *ibi-*

Vt quidam morbo aliquo infecti, à cibo ſuauiſſimo Sic facinoroſi veræ gloriæ guſtum omnino non ſentien ſtudio plane abhorrent. 2 *Phili.*

Quemadmodum aliquando vmbra antecedit, aliquan- vel à tergo eſt: Ita gloria aliquando ante nos eſt, viſen- præbet, aliquando in auerſo eſt, maiorque quo ſerior, v- ſeceſſit. *lib.*2.*epiſt.*80.

nos vel inuitos comitatur: Ita gloria virtutem ſequi- fugientem. *Apud Eraſmum in Simil.*

Pertinaci admodum, atque integro calore eum eſſe o- qui flamma vritur nec fumo tentatur: Magis eſt admirabi- pulcherrimas gerit, & nulla illarum gloria tangitur. *in*

gloriam ſpernit, veram habebit: nam more crocodili fugientem ſequitur, *in Apoph.*55.

flammam ſuffocat: Ita veram virtutē ſubinde vana perdit & annihilat. *in Apoph.*15.

## ¶ Exempla Biblica.

tionis veræ exemplum: Paulus, 2.*Cor.*7.4. *Gal.*6.14. *Philip.* 1.*Theſ.*1.4. Gloriæ Deo redditæ *exempla:* Abraham, *Rom.* Achan, *Ioſ.*7.*Ver.*19.20. Dauid, 1.*Sam.*17.*Ver.*45.46. *Pſa.* 29.*Ver.*10.11. Sidrach cum ſociis, *Dan.*3. *verſic.* 51. 52. 53. Bene operantes, *Matth.*5.16. Angeli, *Luc.*2.*Ver.* 13.14. Sa- à lepra mundatus, 17.15. Paulus, *Rom.* 11.36. & 16.27. *Gal.* *Epheſ.*3.21. Petrus, 1. *Petr.*4.11. 2. *Petr.* 3.18. Iudas, *Iudæ* V.25. Ioan- Gloriam Deo tribue, Solennis formula apud Iudæos veritatis, *Ioan.* 9. 24. vt apparet ex *Ioſue* 7.19. 1. *Sam.*

vanæ exempla: Benadad, 1.*Reg.*20. *v.*2.3.10. Sennacherib. V.33.34. Doeg. *Pſalm.*52. V.3.4.5. Chaldæi, *Eſa.*43.14. Na- donoſor, *Dan.*4.26. Seron. 1. *Macch.*3.*v.*13.14. Antiochus, 2. V.47. Herodes Agrippa. *Act.*12.*ver.* 21.22. Gloria vana fu- Exempla: Chriſtus, *Ioan.*5.41. & 8.*v.*50.54. Herodes, *Act.*12. Paulus & Barnabas, 14. V.14.15. Paulus, *Gal.*1.10. & 5. Angelus, *Apoc.*19.10.

*quædam ex S. Bibliorum codice prætermiſſa, hic repoſita.*

Gloria *Dei* eſt Maieſtas incomprehenſibilis & immenſa Dei quæ omni potenti & ſapientiſſimo modo ſeſe hominib. & patefacit & reuelatione, varia viſione, conuenientique qun- quantum ſalus Eccleſiæ requirit, percipitur. *Gen.*19.19. & 33.18.22. & 40.34. *Leuitic.* 9.6.23. *Num.* 14.10. & 16.19. 1.*Reg.* 8.11. *Pſalm.*17.15. & 102.16.17. *Eſai.*6.3. & 66.18. *E* 8.9.10. 11.43. & 44. *Abac.*3. 2. *Petr.*1.17. *Rom.* 1.23. 1 *Corin.*

Gloria filii Dei, *Ioan.*1.14. & 2.11. & 11.40. *Act.*7.55. *Rom.*6.4. 2. 4.4. *Epheſ.*1.12. 1. *Pet.*1,2, 2, *Pet.*1.17. *Iud.*24. *Apoc.*4.11, &

Gloria Deo tribuenda vel attributa, quod fit quando Deus a & celebratur, vt decet. *Ioſu.*7.17. 1. *Sam.*6.5. *Pſ.*96.3.7.8. *E-* *Ier.*13,16, *Mala.*2, *Lu.*2.14 & 17, 18 & 19,38 *Ro.*4,20. & 11,36, *Gal.*1,5. *Epheſ.*3.21. *Philipp.*4,20. 1. *Tim.*1,17. 2. *Tim.*4, 18, *Heb.* 1. *Pe.*4.11. & 5.11. 2. *Pet.*3.18. *Iu.*25. *Apo.*1.6. & 4,9 & 5,13, & 11.13. & 16,9 & 19,1.7.

4. Gloria (ſubiectum pro adiecto) quum de Deo dicitur, quic- in Dei maieſtate vel teſtimonio præſentiæ eius conſiderari , nempe glorioſum & ſupra cogitatione dignum denotat, 24.9. & 70,9 & 145.5.11.12. *Eſa.* 22, 23. & 63, 14.15. *Act.*7, 2. 1. *Corinth.*2 8. *Epheſ*1.6.17. & 3.16. 1. *Tim.*1,11. *Tit.*2.13. *Hebr.*1.7. & 9.5. *Iac.*2.1.

5. Gloria, quam ſibi Deus tribuit, *Pſ.*115.1. *Ier.*13.11. *Ioan.*5. 44. & 7.18 & 11.4. & 12.43. *Rom.*3.7. 1. *Cor.*10.31. 2. *Corint.*4.15. & 8.19.23. *Phil.* 1.10.11. 2. *Theſſ.*1. *Pet.*1.7.11. 2. *Pet.*1.3.

6. Gloria pro miſericordia Dei Omnipotentis erga ſuos, *Eſa.*58. 8. & 60.1.2.

7. Gloria cœleſtis, *Matth.* 16. 27. *Rom.*5.2. & 8.18.21. 2. *Cor.*4.17. *Eph.*1.18. *Philip.*2.11. & 4 19. *Coloſſ.*1.27. 1. *Theſſ.*2.12. 2. *Theſ.*2.14. 1. *Tim* 3 16. 2. *Tim.*2 10. *Hebr.*2.10. & 3.6. 1. *Pet.*5.1.4.10. 2. *Pet.*1.17.

8. Gloria Eccleſiæ & membrorum eius. *Pſ.*3. 4. & 8.6. & 45.14. & 62.8. & 84.12. & 149.5. 9. *Eſai.*52.1. & 62.3. & 66.11.12. *Rom.*8.18. & 9. 4. 2. *Cor.*1.12.14.20. & 7.24. *Philip.*2.16. 1. *Theſſ.*2.19.20.

9. Gloria, pro præſtantia hominum coram Deo, *Rom.*3.23. & 15.17.

10. Gloria, 1. magnificentia legalis & myſtica, *Exo.*28.2.40.

11. Gloria hominis, 1. dona eximia Dei Opt. Max. liberalitate hominibus collata, vel præſentis tantum, vel etiam futuræ vitæ reſpectu. *Matth.*6.29. *Rom.*2.7.10. 2. *Cor.*6.8. *Hebr.*2.7. 1. *Petr.*1.24. *Apoc.*21. 24.26.

12. Gloria, pro lingua, & anima. *Gen.*49.6. *Pſ.*16.9. & 30.13. & 57. 9. & 108.2.

13. Gloria Creaturarum rationis expertium, *Eſai.*35.2. & 60.13. *Ezech.*7.7.

14. Gloria quam homines fruſtra vſurpant & aliis tribuant, *Ioan.*5.44. & 7.18. & 8.50.54. & 12.43. *Rom.*4.2. *Gal.*5.26, *Philip.*2.3. & 3.19. 1. *Theſſ.*2.6.

## ¶ Patrum Sententiae.

### *De gloria æterna.*

Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur. *Hier. in epiſt.*

Regnum cœlorum vim patitur, Grandis violentia eſt, nos generatos in terra cœlum quærere, & poſſidere per gratiam, quod non tenuimus per naturam. *idem. ibid.*

Hæriditas Chriſti qua cohæredes ſumus, non minuitur copia poſſeſſorum, nec fit anguſtior numeroſitate cohæredum, ſed tanta eſt multis, quanta paucis: tanta ſingulis, quanta omnibus. *Aug. in Pſal.*49.

Diuitiæ ſi diliguntur, ibi ſeruentur vbi perire non poſſunt. honos ſi diligitur, illic habeatur, vbi nemo indignus honoratur. ſalus ſi diligitur, ibi adipiſcenda deſideretur, vbi adepta nihil timetur, vita ſi diligitur, ibi acquiratur, vbi nulla morte finitur. *idem in epiſt.*

Illud valde magnum, quod nec oculus vidit, quia non eſt color: nec auris audiuit, quia non eſt ſonus: nec in cor hominis aſcendit, quia cor hominis debet illuc aſcendere. Sumamus capatius, quanto illud & fidelius credimus, & ſperamus firmius, & deſideramus ardentius, *idem epiſt. ad Dioſc.*

Incomparabiliter ſuperna ciuitas clara eſt, vbi victoria, vbi veritas, vbi dignitas, vbi ſanctitas, vbi vita, vbi æternitas, *Id. de Vita æterna.*

Si conſideremus quæ & quanta ſunt, quæ nobis promittuntur in cœlis, vileſcent omnia quæ habentur in terris. Terrena namque ſubſtantia ſupernæ felicitati comparata, pondus eſt, non ſubſidium. *Greg. Magn. in homil.*

Intuere cœlum, non ſolum ex hominibus, ſed ex Angelis atque Archangelis, thronis & dominationibus principatibus ac poteſtatibus conuocatum: De rege autem qui inter hos medius reſidet, dicere vox nulla ſufficit: effugit omnem ſermonem, atque omnem ſenſum humanæ mentis excedit decus illud, illa pulchritudo, illa virtus, illa gloria, illa magnificentia. *Chryſoſtom. de repar. Lapſi.*

Si quotidie oportet nos tormenta perferre, ſi ipſam gehennam paruo tempore tolerare, pro eo vt Chriſtum videre poſſemus in gloria venientem, & ſanctorum eius numero ſociari, non eſſet dignum pari ratione, omne quod triſte eſt modo, vt tanti boni tantæq; gloriæ participes haberemus. *Idem ibidem.*

Futura vita vbi creditur eſſe beate ſempiterna, ſempiterne beata? Vbi eſt certa ſecuritas, ſecura tranquillitas, tranquilla iocunditas, felix æternitas, æterna felicitas: vbi amor perfectus, timor nullus, dies æternus, alacer motus, & vnus omnium Spiritus. *Proſper. de Vita contempl.*

Reliqua Patrum dicta de gloria, vnde Tit. *Vita æterna.*

## ¶ Philosophica Et Historica.

### *De gloria mundana* SENTENTIÆ, *prioribus ſubiuncta.*

Gloria maxime ſequitur virtutem ipſam: etenim omnes quodammodo ſtrenuis auxilio eſſe volunt, *Xenoph. de Repub. Lacedæmon.*

Viro politico adminiſtratio Reipubl. ex ante actæ vitæ gloria pulcherrimum funus conciliat, Studium enim honeſtatis, Simonide teſte, omnium poſtremum terram ſubit. Nam non ſolum ambitio & gloriæ ſtudium expers eſt ſenectutis, iuxta Thucydidem: Sed magis quod populare & ciuile eſt, quale etiam formicis & apibus, ad finem vſque perdurat. *Plutar. in Morali. & apud Stob. ſer.* 43.

Apud

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Apud plurimas gentes glorioſum eſt in bello occumbere. Etenim qui ſic è vita migrat funere & ſepulchro magnificentiſſime honoratur. *Plato in Max. & apud Stob ſerm.*48.

Ageſilaus nullam gloriam diligebat, pro qua non laboraſſet. *Xenoph. orat. de Ageſilao.*

Iter facientes per ſolem neceſſario comitatur vmbra; incedentibus vero par gloriam comes eſt inuidia. *Socrates apud Stob ſerm.* 28.

Gloriæ pulchritudo cito marceſcit ex inuidia, ceu morbo quodam. *Idem eodem ſerm.*

Gloria & opes abſque mente non tuæ ſunt poſſeſſiones. *Stob. ſerm.*4.

Gloria vanum & volatile quiddam eſt, auraque mobilius. *Senec. epiſt* 123.

Studia te tua elatum & nobilem efficient. *Idem epiſt.*21.

Ad gloriam & famam non eſt ſatis vnius opinio. Conſenſum multorum exigit. *Idem epiſt.*102.

Gloria multorum iudiciis conſtat. *Ibid.*

Gloria vmbra virtutis eſt: etiam inuitos commitabitur. Sed quemadmodum vmbra aliquando antecedit, aliquando ſequitur ita gloria aliquando ante nos eſt, viſendamque ſe præbet: aliquando in auerſo eſt, maiorque quo ſerior, vbi inuidia ſeceſſit. *Idem, epiſt.*79.

Et maximis periculis vrbes & priuati homines adipiſcuntur magnam gloriam, *Thucyd, lib.*

Vile corpus eſt iis qui magnam gloriam petunt. *Liuius, decad.*1. *lib.*2.

Spreta in tempore gloria, interdum cumulatior reddit. *Idem, eodem lib.*

Gloriam qui ſpreuerit, veram habebit, *Idem, decad.*3. *lib.*2.

Gloriam parare & quærere arduum eſt: neſcio an tueri difficilius ſit. *Decad.*4. *l.*7.

Cito gloria obſoleſcit in ſordidis hoſtibus: Nec quicquam indignius eſt, quam conſumi eam, vbi non poſſit oſtendi *Curtius libr.* 9.

Pulchrum eſt benefacere Reipub. etiam bene dicere haud abſurdum eſt. *Saluſt. de Coniurat. Catil.*

Mihi rectius eſſe videtur ingenii quam virium opibus gloriam quærere: & quoniam vita ipſa qua præimur, breuis eſt, memoriam noſtri quam maxime longum efficere. *Idem, Ibid.*

Gloria induſtria alitur: vbi eam dempſeris ipſa per ſe virtus amara atque aſpera eſt. *idem in fragmen.*

Expedita & compendiaria via eos ad gloriam peruenire Socrates dicebat, qui id agerent, vt quales videri vellent, tales etiam eſſent. Qua quidem prædicatione aperte monebat, vt homines ipſam potius virtutem, quam vmbram eius conſectarentur. *Valer. Max. li,*7. *c,*2.

Nulla eſt tanta humilitas quæ dulcedine gloriæ non tangatur, *idem lib.*8. *c.*14.

Gloria ne ab his qui contemptum eius introducere conantur, negligitur: quoniam quidem ipſis voluminibus nomina ſua diligenter adiiciunt, vt quod profeſſione eleuant vſurpatione memoriæ conſequantur. Sed qualiſcunque horum diſſimulatio, propoſito illorum longe tollerabilior eſt, qui dummodo æternam memoriam aſſequantur, etiam ſceleribus innoteſcere non dubitant. *idem, eo lib. &c.*

Niſi hominibus officium ac verecundia ſua conſtiterit, partarum rerum æquatus cælo cumulus ſedem ſtabilem non habebit. *Valer. Max. lib.*2. *c.*9.

Eximia gloria ſæpius fortunæ quam virtutis eſt beneficium. *Curtius, lib.*8.

Sola dulcedo gloriæ non ſeneſcit: nec vt quidam aiunt, in ſenecta lucrari magis delectat quam honore affici. *Thucyd. li.*2.

Qui mollitie præſentem gloriam amittunt, digni ſunt accuſatione, & digni odio qui appetunt non conuenientem gloriam. *idem eod. lib.*

In iis qui pro paribus præmiis certant, par ſtudium & gloriæ cupiditas ad ipſas res gerendas innaſci ſolet: in iis vero ad quos nullus inde fructus & emolumentum redit, nunquam innaſcuntur generoſi ſpiritus. *Dionyſ. Halic. lib.*3.

Gloriæ cupiditas res eſt infinita, & quæ terminum ad quem perueniri poſſit, nullum habet. *Plut. in Cicerone.*

Profecto ea vis eſt gloriæ, vt eius ſtudium eorum qui in Republ. verſantur ex animis doctrinam, veluti tincturam aliquam eluere poſſit: affectuſq; multitudinis ob conſuetudinem in iis effingere: niſi ſi quis admodum cautus ita cum hominibus agit, vt rerum non affectuum qui eas ſequuntur, particeps eſſe ſtudeat, *idem, ibid.*

Optimi mortalium altiſſima cupiunt. *Tacitus, animal. lib* 4.

Etiam ſapientibus, cupido gloriæ nouiſſima exuitur. *Idem, hiſt. lib.*4.

Multum poſſe ad ſalutem alterius honori multis, parum potuiſſe ad exitium, probro nemini fuit. *Am. Marcell. lib.*30.

Solet ampliſſima gloria obiecta eſſe ſemper inuidiæ.

¶ HISTORICA EXEMPLA.

Apud Lacedæmonios, qui ſtrenuam in bello operam nauaſſent ac pro patria fortiter occubuiſſent, oliua & aliis ram dibus vehebantur: ac demum amicti purpura preci ſe ac honorifice ſepulchris mandabantur. *Ælian.* li *hiſtoria.*

*Chilonis Lacedæmonii* funus, cum victore filio O ſet, gaudio tota Græcia proſecuta eſt. *Plin. lib.*7. *c.*32.

*Ageſilaum Archidami* filium rerum geſtarum g mum, in expeditione in Ægyptum mortuum Lacedæ re multo quam alios reges ſepulturæ & funeris hono *Pauſanias in Laconicis.*

*Athenienſes* ſe indigenas ab eaque quam incolebar tos & enutritos, nobilitatem ſuam prędicantes glorial *Zvving.*

*Alexander Magnus*, neque vndique neque glori tur omnem, vt Philippus: ſed cum tentarent eum pernix erat pedibus, in Olimpiis certare curriculo ve biturus ſim, inquit, aduerſarios reges, *Plut. in Alexan.*

*Muſarum* nutricem fuiſſe Euphemen fingunt, q iis, qui eruditione ſua clarum ſunt conſecuti nome talis ſpe ingenii ſui monumenta ad poſteros tranſmi *Zvving fol.*25.25.

*Ioan. Picus Mirandula* humanam gloriam pro n aiebatque ſæpius, Famam viuis nonnihil, mortuis n turam: tantamque propriam æſtimauit doctrinam tati Eccleſiæ, & eliminandis explodendiſque aduerſa duceret. *Ioan. Franc. eius in Vita,*

*Capaneum* fuiſſe talem prodit Euripides: vt opum tumeſceret nihil, nec elatius ſaperet, quam pauperi κὲν ἐπαινῶν *Calius lib.*20. *c.*23. *A. L.*

*Timoleonti Corinthio* nihil vnquam neque inſolen ſum ex ore exiit. *Probus.*

¶ HIEROGLYPHICA.

*Per pauonem ſurrecta in orbem cauda* hominem gl exprimebant. *Pauo* enim pretioſam eam caudæ ſuppe plurimum oſtentat, cum plurimos ad ſpectandum ſpexerit: quod ſi nullum admirari, adeſſe ue cognou dit velut indignatus. Hinc Ouid. *Laudata pauone ſuperbo* de ſibi placente dixit. *Pier. Valer. lib.*24. *pag.*220. *F.*

*Bulla* quoque pro gloria & faſtu hieroglyphice p quis non aliter gloria turgeſcere videatur, quam Bulla geſcentis cuiuſdam figuræ ſpeciem præ ſe ferunt, *ſius.*

*Non equidem hoc ſtudio, bullatis vt mihi nugis*
*Pagina turgeſcat.*

*Pier. Val. lib.*41. *pag.*396.

¶ EMBLEMA.

Ex arduis perpetuum nomen.

Emblema. cxxxi. And. Alciati.

*Crediderat platani ramis ſua pignora paſſer,*
*Et bene, ni ſæuo viſa dracone forent.*
*Glutiit hic pullos omnes, miſeramque parentem*
*Saxeus & tali dignus obire nece.*
*Hæc niſi mentitur Calchas monumenta laborum*
*Sunt longi, cuius fama perennis eat.*

¶ FABVLA.

Mercurius & Statuarius.

Auebat cognoſcere Mercurius, quantopere ab ho leretur. Venit igitur in officinam ſtatuarii ſpecie emp Iouis ſimulachro conſpecto, quanti iudicaret? interroga audiſſet æſtimari denario, ſubridens. At Iunonis hoc qu quit. Aliquantulo pluris, inquit ſtatuarius, hoc vendi gno igitur? inquit Mercurius, faciamus enim precium ſtertiis inquit ille, habeto nouem. Contemplatus vero & Mercuriale ſignum, quod & ipſum licitatur. Sperab rius multo æſtimatum illud iri, quippe Mercurii quod & interpretis Deorum, cuius numen in ſpe lucri omnes uocarent. Tum ſtatuarius: ſi tibi, inquit, emptis ſign buntur illa duo de quorum precio percontatus es, de hoc in cumulum accedet.

Fabula dicitur contra gloriæ cupidos, qui tamen ab magni fieri conſueuerint.

---

# Grammatica.

## DEFINITIO ET ETYMOL

GRammatica, eſt ſcientia ſcribendi & cognoſcendi fertur, *ſecund. Ariſt.*6, *Top.* diciturq; à γράμμα, τος eſt litera, vnde & γραμματεία, ας, ἡ, quod eſt literat ματικὸς, ὁ, ὁ, literatorius dicitur.

Grammatica eſt ars literaria, quæ in emendate loqu bendoque conſiſtit, vt literæ ſuas cuſtodiant voces, reddant legentibus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

...mmatica eſt peritia eorum, quæ magna in parte à Poetis ac ...ſcriptoribus dicuntur. *Amm. in Porph.*

...mmatica eſt ſcire confuſionem de ipſis viginti quatuor lite- ...ſices autem eſt docere cognitionem exactam & perſectam ... *Sympl. in Phyſ. l.1.*

...mmatici quia vocum figuras coſiderant, ideo octo orationis ...ſpeculantur: philoſophi autem cum rem tantum contem- ...ſola nominis & verbi ſpeculatione indigent, *inquit Beotius ...ductione ad Cat. Sill.*

...mmatica ſermone vtitur, prout modus inflexionum & con- ...um intellectus ſimplicis & compoſiti complexe deſignati- ...: ſimpliciter abſque eo quod ſciat de ſignificatu, vtrum ... *Albert. Magn. de prædicab.*

...mmaticus ille eſt, qui tenet quod in ſpecies vox diſtingui po- ...ales, dum ore articulatim in verba mente concepta diſtin- ... *Ficin. in Plat. Phileb. lib.1.c.28.*

...mmaticam eſſe Dionyſius Thracius peritiam experientiam- ...um quæ apud Poetas plurimum verſantur: contra Ptolo- ...ripateticus non eſſe Grammaticam contendit. Chares ha- ...itt eſſe, quo ex arte dictiones, & ſenſa naſcerentur.

...tes inter Grammaticum criticumq; diſtinxit, illi, ſolam lin- ...notionem, huic & omnis logicæ peritiam tribuens.

...orus ait eſſe cognitionem earum dictionum quæ apud Poetas ...d communem vſum eſſent. *Ioan. Franc. Picus Mirand. & ex- ...vanit. doct. Gen. lib.1.c.6.*

Grammaticæ alii tres faciunt partes: alii plures: Dionyſius & ...tres, artificialem, hiſtoricam & propriam. Artificialem in ...de elementis literarum, de partibus orationis, de orthographia ...tur. Hiſtoricam nonnulli condemnant & cenſent inſtabi- ...agit de perſonis, diuinis & humanis, heroicis locis. Propria ...Poetas & hiſtoricos verſatur, *Ioan. Franc. Pic. Mirand. in exa. ... doct. Gen. l.1.c.6.*

Grammaticæ non ſolum neceſſariæ ſunt Poetarum dictiones, ſed ...quæ in vſu communi ſunt notiones. *Ioan. Franc. Picus Mir. ... doct. Gent. l.3.c.3.*

Grammatica eſt omnium diſciplinarum fundamentum, *Franc. ... de Repub. l.2.c.1.*

¶ SCRIPTORES.

De Grammatica vide multa apud Quintilianum *l.1. Orat. inſtit.* ...Grammatices origine, & quantum valeat, *lege Polydorum Virgil. ... rerum inuent.* De excellentia Grammatices, *Plin. l.7.c.37.* ...Grammat. & vocabulis, *Iſidor. in lib. Originum.* De illuſtribus ...maticis, *C. Suetonij Tranquilli lib. extat.* De ratione docendi ...maticam extat. *Synopſis Cœlij.*

... Grammatici analectæ qui ſint? *Cæl. Rhod. l.13.c.31.* Vide ... de Grammaticis & horum conditionem, *Antholog. Græc. l. ... ſect.10. Gell. l.4.c.1. Crinit. l.3.c.8. Ælian. vari hiſtor. Græ-...*

# Gratia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

GRATIA, Græce χάρις, ιτος, ἡ, & χάρισμα, ατος, τὸ dicitur, & χάρι- ...ο, gratia impleo. Heb. *Chen*, fauor clementia, χαρὸς dulcedo ...à verbo *Chanan*, gratia affecit, in gratiam recepit, miſer- ..., benefecit ex gratia, ſeu gratis. Græca. χαρίω, lætifico aliquem ...gratiam præſtitam: χάρος, Lætitia gratioſa. 2. *Cheſedh* miſeri- ...affectus charitatis, à verbo *Chiſedh*, ſacrauit, conſecra- ... *Iadidh*, charus, amicus, dilectus, ſuauis, iucundus. *Todhah* ...um actio, εὐχαριστία, quæ conuenit Dei filiis adoptiuis in ...hominibus εὐδοκίας, i. beneplaciti, vt enim gratis nos De- ...in filio dilecto, ita gratiarum actionem requirit ab iis ...gratiam recepit, quos vocauit, iuſtificauit, ſanctificauit: ...gratis per Chriſtum ſeruatorem glorificabit.

...hominum reſpectu eſt in qua amicitiarum & officiorum ...memoria, & remunerandi voluntas continetur. *ſecundum ...in Rhetor.*

Gratia eſt, per quam dicuntur homines, roganti gratis aliquid ...non pro alia, nec vt ſibi quicquam, qui faciunt eueniat, ſed ...faciunt. *ſecund. Cic. lib.2. Rhet.*

Gratia nihil aliud eſt, quam quædam inchoatio gloriæ in nobis, ...um, quo indiget homo ad beatitudinem conſequendam. *...B. Thom ſecunda Secundæ, q.23. art.3.*

Gratia eſt virtus ſpecialis, reddens gratiam benefactori, *ſecund. ...Thom ſecunda Secundæ, quæ. 106. art.1. eadem gratitudo dicitur.* ...eſt gratiarum actio, quæ iuſtos, & iuſtificatos decet, *Pſ.33.*

Gratia eſt, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria ...alterius remunerandi voluntas continetur. Cuius contrarium ...gratitudo.

¶ LOCI BIBLICI.

Gratia per Chriſtum præſtita, *Ioan.*1.17. Gratia hominum magno animo contemnenda. *Gal.*1.10. gratia, præmium, *Ioan.*6.32.

Gratia, beneficentia, eleemoſyna, 2. *Cor.*8.4.6.19. & 9.8. Gratia, fauor erga proximum, 2. *Sam.*2.6. & 15.20. & 16.17. 1. *Reg.*2.17. 1. *Chro.*19.2. *Act.*24.28. & 25.5.9. Gratia, venuſtas corp. *Prou.*31.30.

Gratiarum varietas fideles ad mutuam concordiam impellit, vt per illas mutuo collatas coaleſcant ea ſymmetria in vnum Chriſti corpus, quemadmodum membra corporis in vnum hominem coaleſcunt, 1. *Cor.*12. *v.*4.7.11.12.20. eæque quantumuis eximiæ ſint, vitiantur, ſi deſtituuntur charitate, 1. *Cor.*13.1. Gratiæ in nobis non ſunt negligendæ, 1. *Tim.*14.4.

Gratia, id eſt, fauor coram Deo, *Gen.*6.8. Ier.31.2. *Luc.*1.30. *Act.*7.46. 1. *Pet.*5.5. Coram hominibus, *Gen.*30.27. *Exo.*3.21. *Rut.*2.10. 1. *Reg.*11.16. *Dan.*1.9. *Act.*2.47. Coram Deo & hominibus, *Luc.*2.52. *Iac.*4.6. &c.

Gratia Dei Patris in Chriſto ad filios adoptionis pertinens. *Pſ.*84.12. *Zach.*12.8. *Rom.*11.5.6. *Eph.*3.7. 1. *Tim.*1.14. *Heb.*4.16. 1. *Pet.*5.7. Gratia Ieſu Chriſti, id eſt gratia, quam Ieſus Chriſtus Deus homo ſua originali puritate ſanctiſſima, vitæ obedientia perfectiſſima, mortis ſatisfactione, apud Deum patrem ſuis membris acquiſiuit, *Rom.*16.20.24. 1. *Cor.*16.23. 2. *Cor.*13.13. *Gal.*6.18. *Phil.*4.23. *Col.*4.18. 1. *Theſ.*5.25. 2. *Theſſ.*3.18. *Apoc.*22.21.

Gratia vnionis: *Ioan.*1.14. Gratia, miſericordiæ Dei & vitæ beatæ per Chriſtum in Euangelio propoſitæ efficax preconium, *Pſal.*45.3. *Luc.*4.22. Gratia, donum Spiritus ſancti, *Luc.*2.40. *Ioan.*1.16. *Act.*10.45. *Rom.*1.11. 2. *Cor.*1.12. *Eph.*4.7. 1. *Tim.*4.14. 2. *Tim.*1.6. 1. *Pet.*4.10.

Gratiæ effecta duo commemorantur, 1. *Tim.*1.14. nempe fides à qua ſit abſorpta ignorantia: & charitas, quæ indomitæ illi credulitati ſucceſſit, idque ex gratia in Chriſto Ieſu. Gratiæ redundantia, pro gratia redundante, Hebraiſmus, *Rom.*5.17.

Gratia qua quis hominibus eſt gratus, à Deo eſt, *Exod.*3.21. & 11.3. & 12.16. 2. *Reg.*25.27. *Eſd.*2.5. *Tob.*1,13. *Pſ.*106.46. *Ier.*40. *v.*2,3.4, *Dan.*1.9, *Act.*24,23, & 27,3, & 28,16.

Gratia in genere, pro beneficio, 2. Cor.1,15. *Ruth.*2,20. 2, *Sam.*2.6, & 15,20, *Prou.*4,9. *Eccl.*7,37. & 29,20. pro beneficio diuino & dono Dei μετωνυμικῶς, 2. *Cor.*1,12. & 8,1. pro Conſulatione, *Eph.*4,29. pro ſpirituali, id eſt, Euangelico Dei cultu, *Heb.*13,9. pro gratuitis Spiritus ſancti Donis pleno cornu per Chriſtum è cœlis in ſuos effuſis, *Io.*1,16 pro gratuitis Dei donis, 1. *Pet.*1,4. & 5,10. 2, *Pet.*3, 18 pro Eleemoſyna, 2. *Cor.*8,4 pro Fauore, *Gen.*6,8 & 18,3 & 19, *v.*19 & 39,21 *Exo.*12,36 *Tob.*1,3 *Eſth.*2,17 *Prou.*13,15 *Eccl.*4,25 *Daniel.*1,9 *Act.*2,47 & 24,27 & 25,9 pro fide & eius ſalutiferis effectibus, *Heb.*12,15. 1 *Pet.*5, 12 Pro gratuito & æterno Dei fauore, fonte nimirum ex quo omnia Dei beneficia ſalutaria in nos promanant: quod paſſim Apoſtoli demonſtrant. Per noſtra in Chriſto, per Chriſtum iuſtificatione, *Act.*13,43 pro gratuita iuſtitiæ Chriſti imputatione, *Rom.*5,17.20 pro Dei erga homines Munificentia, 2. *Cor.*9, 8 pro grato obſequio, 1. *Pet.*2,19 pro efficaci præſentia S. Spiritus, *Act.*14,26.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Gratia à ſolo Deo datur.*

Gratiam & gloriam dabit Dominus. *Pſalm.*83.

Qui bonus eſt, hauriet gratiam à Domino. *Prou.*12.

Oculi tui vias Domini cuſtodiant, vt addatur gratia capiti tuo. *ibidem.*

Gratia datur in conſpectu omnis viuentis. *Eccl.*7.

Eſt datum quod non eſt vtile, & eſt datum cuius retributio duplex eſt. *Eccl.*20.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, *Eſa.*11.

Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite & comedite. Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum & lac, 55.

Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, *ioan.*1.

Et de plenitudine eius omnes nos accipimus, *ibid.*

Non poteſt homo accipere à ſe quicquam, niſi fuerit ei datum de cœlo, 3.

Nullus ergo propriis viribus valet ingredi ianuam fidei, niſi pate faciente & operante gratia Dei, *Act.*15.

Omnes enim peccauerant, & egent gloria Dei, *Rom.*3.

Vbi autem abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia, vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, *Rom.*5.

Stipendia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro. 6.

Igitur non volentis, neque currentis, ſed eſt Dei miſerantis. 9.

Sufficit tibi gratia mea, 2. *Cor.*12.

Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti, *Epheſ.*4.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno, *Heb.*4.

Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiã, 1. *Pet.*5.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ego ſitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Et qui ſitit, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis, *Apoc.21.*

*Bonum operatur.*

Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus: & miſericordia in ſeculo permanet, *Eccl.40.*

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Deo per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, *Rom.7.* Gratia autem Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, ſed gratia Dei mecum, *1.Cor.15.*

Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur, *Eph.2.*

*Bonitate conſeruatur.*

Tollite ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit, *Matth.25.*

Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, *2.Cor.6.*

Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manum presbyterii, *1.Tim.4.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Quantum quis creſcit in gratiam, tantum in fiduciam dilatatur. *Bernard. in Cant. ſerm.3.*

Quærere Deum non poteſt anima, niſi perueniatur vt quærat. *Idem ſerm. 83.*

Aliquaudo plerique & vitam habentes mundam, non accipiunt gratiam, quare? ne in ſuperbiam eleuentur, ne inflentur ventoſitate iactantiæ, ne altitudo muneris negligentiores efficiat. *Chryſ. ſuper epiſt. ad Hebr.*

Pauper & creditor obuiauerunt ſibi, vtriuſq; illuminator eſt Dominus. Pauper eſt humilis auditor, creditor, prædicator, qui ſibi obuiant quum in vnam pietatis gratiam conueniunt. Vtriuſque illuminator eſt Dominus: quia nec iſte prædicat, nec ille credit ſine Dei munere. Vnde, Sine me nihil poteſtis facere, *Beda in gl. prou.19.*

Si gratiam ideo dedit Deus, quia dedit gratis, gratis ama: Noli ad præmium diligere Deum, ipſe ſit præmium tuum. *Auguſt. ſuper Ioannem.*

Si leuis morbus eſſet contemneretur, medicus non quæreretur, ſi medicus non quæreretur, morbus non finiretur: ideo vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia. *Idem de verbis Apoſtolorum.*

Sola gratia diſcernit redemptos à perditis, quos in vnum coaceruat maſſa perditionis, ab origine ducta creationis, *Idem in Enchiridio.*

Dei gratia cur ad iſtum veniat, ad illum non veniat: occulta cauſa eſſe poteſt, iniuſta non poteſt. *Idem libro de Baptiſmo paruulorum.*

Lex Dei ciuitas eſt, lex data eſt, vt gratia quæreretur: gratia data eſt, vt lex impleretur. *Idem de ſpiritu & litera.*

Gratia, quæ per Chriſtum datur, non ſolum peccatorum remiſſionem facit: ſed etiam vt lex impleatur, vt natura liberetur, nec peccatum dominetur, Spiritus etiam gratiæ dat fidem, quæ etiam non petita à Deo conceditur, vt homini petenti & alia concedantur, nam fides non eſt liberi arbitrii tantum, ſed donum Dei. *Idem de libero arbitrio, & hab. de Con. diſt.4. can. Gratia.*

Operibus debitum redditur, gratia datur, vnde & nuncupatur. Sin autem dixeris, quod gratiam bene operanti fides mereatur, negare non poſſumus: imo gratis dediſſe confitemur. Si autem ex fide, quomodò gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur, quam donatur? Non dicat hoc homo fidelis, quia cum dixerit, vt mereat iuſtificationem, habeo fidem. Reſpondetur ei, quid habes quod non accepiſti? Cum igitur fides impetrat iuſtificationem, ſicut vnicuique Deus partitus eſt menſuram, & ipſius fidei, non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani, ſed ipſa gratia meretur augeri, vt aucta mereatur perfici. *Idem in epiſt. ad Paulinum.*

Chriſti gratia, ſine qua nec infantes, nec ætate grandes, ſalui fieri poſſunt: non meritis redditur, ſed gratis datur, propter quod gratia nominatur, *Idem lib. de natura & gratia.*

Gratia ad hoc datur, vt lex compleatur, vt natura liberetur, & peccatum non dominetur, & velimus, ſine nobis operatur incipiens quod volentibus cooperatur perficiens: ſine illo autem nihil operante. cum volumus ad bona opera nihil valemus. *Idem de gratia & libero arbitrio.*

Vberior eſt gratia, quam petitio: ſemper enim Dominus plus tribuit quam rogatur, *Ambroſ. ſuper Lucam.*

Gratia vehementior eſt ad diligendum, quam natura. Reddendo vacuatur pecunia: gratia autem & habendo ſoluitur, ſoluendo retinetur, *Idem lib. de officiis.*

Vide quam breuis eſt oratio, & omnium plena virtutum, primus ſermo quantæ eſt gratiæ? homo, faciem tuam non audebas ad cœlum attollere, oculos tuos in terram dirigebas, & ſubito accepiſti gratiam Chriſti, omnia peccata dimiſſa ſunt: Ex malo ſeruo factus es bonus filius, imo præſume, non de operatione tua, ſed de gratia Dei. Gratia enim ſaluati eſtis, vt dicit Apoſtolus non enim hæc arrogantia eſt, ſed fides, prædicare quod acceperis, non e[...] ſed deuotio. Ergo attolle oculos ad patrem qui per la[...] nuit: ad patrem, qui per filium te redemit, & dic pater [...] na præſumptio, ſed moderata: patrem dicis quaſi filius [...] ſpiritualiter tibi aliquid vendicare, ſolus Chriſti eſt pat[...] lis, nobis omnibus in communi eſt pater, qui illum ſolu[...] qui nos creauit. *Idem ſup. illud Matth.6. Pater noſter q[...]*

Dum nos gratia diuini reſpectus illuminat, cuncta [...] nobis abſcondida manifeſtat, *Greg. lib.8. Moral.*

Gratiam in tribus conſiſtere arbitror: In odio pr[...] contemptu præſentium bonorum, & deſiderio fu[...] *hardus de libro arbitrio.*

Præoccupatum quippe ſecularibus deſideriis anim[...] tio ſancta declinat, nec miſceri poterunt vana veris, [...] ſpiritualia carnalibus, ſumma imis, vt pariter ſapia[...] ſunt, quæ ſuper terram, *Idem ſerm.77.*

In veritate didici, nihil æque efficax eſſe ad grati[...] dam, retinendam & recuperandam, quam ſi omni temp[...] Deo inueniaris non altum ſapere, ſed timere, ſic[...] Beatus eſt homo, qui ſemper eſt pauidus. Time ergo [...] gratia, time cum abierit, time cum denuo reuer[...] ſemper pauidum eſſe.

Gratia balſamum puriſſimum eſt & ideo purum, [...] fundum vas requirit, *Idem ſup. Cant. ſerm.54.*

Gratia ſi non datur gratis, vel accipitur, gratia non [...] aci autem non gratis accipiunt, igitur gratiam quæ [...] cleſiaſticis ordinibus operatur, non accipiunt, ſi autem [...] unt, non habent, nec gratis, nec non gratis cuiquam [...] quid ergo dant? profecto quod habent. Quid autem [...] tum vtique mendacii: quomodo hoc probamus? [...] veritatis, teſtante ipſa veritate de qua procedit, gra[...] procul dubio ſpiritus mendacii eſſe conuincitur, quo[...] cipitur vel datur, *Leo Papa, & hab.5. quæſt.1. cap. Gratia.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Menander.

*Καλὸν, δὲ θησαύρισμα κειμένη χάρις.*
*Pulcher autem theſaurus collatum beneficium.*
*Χάριν λαβὼν εὔκαιρον ἐν καιρῷ δίδου.*
*Beneficium cum acceperis tempeſtiuum, in temp[...]*
*Χάριν χαρίζου, μεθ' ὅσον ἰσχύεις ὅμως.*
*Gratiam gratis da, in quantum potes tamen.*
*Χάριτας δικαίας, καὶ δίδου καὶ λάμβανε.*
*Gratias iuſtas & da & cape.*
*Χάριν λαβὼν μέμνησο, καὶ δοὺς ἐπιλάθου.*
*Gratiam cum acceperis, in memoria habe: & [...]*
*obliuiſcere.*

Lucianus.

*Ὠκεῖαι χάριτες, γλυκερώτεραι ἢν δὲ βραδύνῃ,*
*Πᾶσα χάρις κενεή, μηδὲ λέγοιτο χάρις.*
*Celeres gratiæ dulciores. Si autem tardauerit,*
*Omnis gratia vana, neque dicetur gratia.*

Auſonius.

*Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt: gratia nam[...]*
*Cum fieri properat gratia grata magis.*

Idem aliter.

*Si bene quid facias, facias cito, nam cito fact[...]*
*Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.*

Ouid.3. Pont.4.

*Gratiaque officio quod mora tardat, abeſt.*

Ouid.1. Amor.10.

*Gratia pro rebus merito debetur inemptis.*

Plaut. Pœn.

*Si quid benefacias, leuior pluma eſt gratia:*
*Si quid peccatum ſit, plumbeas iras gerunt.*

¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi*: ſicut nauis fracto gubernaculo illuc [...] tempeſtas voluerit: Sic & homo diuinæ gratiæ auxilio [...] peccatum agit quod non vult, ſed quod diabolus vult. [...] 21. *hom.37.*

*Sicut turpitudo* nuditatis veſtimento regitur: Sic [...] la carnis noſtræ præceptis & gratia diuina teguntur. [...]

*Vt terra* non germinat, niſi pluuias ſuſceperit nec [...] ficat ſine terra: Ita nec gratia ſine voluntate aliquid op[...] voluntas ſine gratia poteſt, *In 19. Matth. hom.52.*

*Quemadmodum* ignis indiget lignis: Ita & gratia [...] ſtra opus habet, vt feruere perpetuo poſſit. *In ſecunda [...] homil.20.*

*Marci eremitæ*: quemadmodum pluuia terræ infuſa [...] modam qualitatem plantis ſuppeditat, dulcem quidem [...] amaram autem amaris: Sic quoque gratia fidelium cor[...] clinabiliter adiiciens, conuenientibus virtutibus actiona[...] *De lege Spirituali 284.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Auguſtini, quomodo odit medicus ægritudinem ægroti, & id agendo, vt ægritudo pellatur, æger leuetur: Sic Deus gratia ſua hoc in nobis agit, vt peccatum conſumatur, homo liberetur. *In Ioan. cap. tract.* 41.

Non cum ferueat, calefacit ignis, ſed quoniam feruet, nec ideo bene currit vt rotundus ſit, ſed quia accepit. *Lib. ad Simplicianum, quæſt.* 1.

Neque qui laudat beneficium medicinæ, prodeſſe morbos dicit & vulnera, à quibus illa hominem ſanat: ſed quanto maioribus medicina laudibus prædicatur, tanto magis vituperantur & horrentur vulnera, & morbi à quibus liberat, quæ ita laudatur: Sic & laus & prædicatio gratiæ, vituperatio & damnatio eſt delictorum. *De ſpiritu & litera.*

Sicut oculus corporis etiam pleniſſime ſanus, niſi cum candore lucis adiutus, non poteſt cernere; Sic homo etiam perfectiſſime iuſtificatus, niſi æterna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur, recte non poteſt viuere. *De natura & gratia c.*18.

D. Bernardi. Fluminis aqua ſi ſtare cœperit putreſcit, & inundatione facta ſuperueniens repellitur: Sic plane gratiarum ceſſat decurſus, vbi recurſus non fuerit.

Vt Heliſæi farinula potum dulcorat: Sic gratia ſpiritus labores leuat. *Epiſt. vltima.*

Fulgentii. cum oculus factus eſt, vt videre lumen poſſit, ſed videre non poteſt, niſi ſe illi lumen infuderit: Ita bonum quod facis, gratiæ adſcribendum. Nam quod videt oculus, beneficium eſt luminis: quo ſi careret, cæcus remanebit in tenebris. *Ad Theodorum ſenatorem.*

Vt ſumma confuſio eſt, alienis ornamentis ſe extollere: Ita inſaniæ eſt manifeſte quenquam, qui gratias, quæ à Deo ſolo profectæ ſunt, virtuti ſuæ attribuit. *Ad Theodorum ſenatorem.*

¶ FABVLA.

Leo & Muſculus.

Laſciuæ diſcurrentes circum leonem dormientem muſculi, vnum magis auere incurſione ſua, vt in dorſum beſtiæ deferretur. Qui à leone captus, deprecari vitam ſuam, & excuſare imprudentiam ſuam. Leo etſi erat commotus, ignouit tamen muſculo, & tam contemptum animalculum inuiolatum dimiſit, paulo poſt incautus prædam inueſtigans, in laqueos incidit, quibus aſtrictus, rugitum maximum edidit, ad quem procurrens muſculus, cernenſque in laqueis eum, qui ſibi dudum vitam petenti conceſſiſſet, gratiam pro beneficio relaturus, accedit ad laqueos, & illis corroſis leonem e periculo liberat.

Docet fabula, & nullius exiguitatem atque impotentiam ſpernendam, & gratiam beneficiis referendam eſſe.

Muſtela & Paterfamiliâs.

Capta muſtela petebat amitti ſe, quæ ipſa familiæ vtilis eſſet, & mures prehendere ſoleret. Ita eſt, vt dicis, inquit, illam qui ceperat, ſed hæc opera non mihi datur, neque meis verbis, ſed primum tui ipſius gratia muribus inſidiaris, deinde infeſta illis es, qui arrodunt reliquias victus mei, tibi diminuant paſtum. Quæ igitur non debetur tibi venia, eam ne petas.

Datur fabula contra illiberalitatem eorum, qui ſolent, vt Comici aiunt, quum nihil promereant, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. *Vide Gratitudo.*

## Gratiæ.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

GRATIAE à Græcis χάριτες dicuntur, eo quod, lætitiam ſignificent: nam & lætari videntur, qui dant & accipiunt beneficiū. Tres autem eſſe finguntur, quia & benefici eſſe in alios debemus, & aliorum beneficia ſuſcipere, & his, qui in nobis liberales fuerunt, retribuere. Dare autem & accipere, & retribuere, tres actus ſunt in beneficio. Alii dicunt ideo tres fingi, quia acceptum beneficium cum fœnore reddi debet. Quapropter ſolebant veteres ita Gratias pingere, vt vna earum auerſam faciem teneret, quaſi à nobis profecta, duæ vero nos aſpicerent, vt duplex nobis beneficium rependi oſtenderent. Nudæ præterea pingebantur, quia beneficia ſincera eſſe debent, & nullo tegi velamine. Item quia inſolubiles eſſe gratias eſſe, & amicitiæ fœdus perpetuum eſſe. Horatius: *Segnes nodum ſoluere gratiæ.* Has quidem dicunt Ioue patre genitas, quoniam à Ioue omnis procedit gratia. Item marte Eurydomene, vel Eurynome, vel Eurymeduſe. Dicitur enim Eurydomene παρὰ τὸ εὐρὺ καὶ δίδωμι, hoc eſt, abundanter dando. Eurynome ἀπὸ τοῦ εὐρὺ νέμω, hoc eſt, abundanter retribuendo. Eurymeduſa verò παρὰ τὸ εὐρὺ καὶ μέδω, hoc eſt, tego. Quoniam qui liberales & magnifici ſunt, cæteris imperare conſueuerunt. Alii ex Venere & Ioue: alii ex Venere & Libero patre: alii ex Herebo & Nocte genitas dicunt. Finguntur lauari in Acidalio fonte Orchomeni, vrbis Bœotiæ, quoniam pura eſſe beneficia debent, & nihil ſordidum habere, nullamque ſpem retributionis.

Heſiodus facit tres Gratias: Aglaen, Euphroſynam, Thaliam Homerus vnam ex his Paſithoan appellat: atque illis matrimonio addicit. Reſpiciunt ſe inuicem complexis dextris, vt redditio beneficii notetur: hilares ſunt, ſicuti dantes & accipientes: præterea virgines, quod ſine ſpei conceptione detur, veſtibus fluentibus & lucidis, quod ſine allegatione alterius, aut obligatione tribuatur: denique iuuenes, quia non debet beneficiorum memoria ſeneſcere. Tres ſunt, promerentium videlicet, & reddentium, & amborum ſimul.

¶ EMBLEMA.

Emblema CLXII. And. Alciati.

*Tres Charites Veneri aſſiſtunt, dominamq́ue ſequuntur:*
*Hincq́ue voluptates, atque alimenta parant:*
*Lætitiam Euphroſyne, ſpecioſum Aglaia nitorem,*
*Suadela eſt Pithus, blandus & ore lepos.*
*Cur nudæ? mentis quoniam candore venuſtas*
*Conſtat, & eximia ſimplicitate placet.*
*An quia nil referunt ingrati, atque arcula inanis*
*Eſt Charitum? qui dat munera, nudus eget.*
*Addita cur nuper pedibus talaria? bis dat,*
*Qui cito dat, minimi gratia tarda preti eſt.*
*Implicitis vlnis cur vertitur altera? gratus*
*Venerat: huic remanent vna abeunte duæ.*
*Iupiter iis genitor, cœli de ſemine diuas*
*Omnibus acceptas edidit Eurynome.*

¶ SCRIPTORES.

Plane de tribus Gratiis vide *apud Marſ. lib.* 9. *c.* 12. De iiſdem & Genio *eundem l.* 7. *c.* 10. De iiſdem & concordia. *l.* 8. *c.* 62. De Gratiarum templis, *Cæl. Rhod. l.* 23. *c.* 16. Sacris, *Cæl. Rhod. l.* 22. *c.* 2. De Gratiarum ratione & Furiarum, *eundem l.* 11. *c.* 19. Gratiæ omnigenum bonorum. *Tretzes l.* 10. 337. Natal. Comes in Mythologio.

## Gratitudo.

¶ DEFINITIO.

GRATITVDO, vel Gratiarum actio, Græce εὐχαριστία, ας, ἡ, & εὐχάριστος, ου, ὁ, ἡ, gratus, & εὐχαριστέω, gratias ago, dicitur.

Gratiarum actio ſiue gratitudo eſt virtus ſpecialis, reddens gratiam benefactori. *ſecund. B. Thom. ſecund. Secund. q.* 106. *art.* 1.

Quilibet dicitur gratus, niſi doceatur ingratus. *In auth. de ſec. nupt. § fin. fui & cum de appellat. cognoſc. § fut.* Ingratitudo enim eſt vitium, quod tollit debitum honeſtatis, dum non refertur gratia. Imo ex quo Reſpub. nihil aliud ſunt, quam commercium dandi & accipiendi beneficia, certumq; ſit, vitam hominum mortem eſſe, vbi plures ingrati fuerint. Vitium itaque maximum eſſe conſtat, bene meritis negligere referre gratiam. *ff. de manumiſſ. teſt. § ſeruos. l. centurio. § omni modo. C. de inoff. teſt. Valer Max. l.* 5. *tit. de ingratis.*

Gratitudo eſt laudatiſſima virtutum omnium, res Deo & hominibus grata, iucunda, gratiq; nominis, *M. Sabell. l.* 7. *c.* 1.

Gratiarum actio, eſt mente & voce confiteri, quod non caſu nec caſis ſecundis tantum bona externa & interna nobis offeruntur: multo minus ſummum illus bonum, nempe Chriſtus, Seruator noſter: ſed quod Deus Pater per & propter filium eius vnicum illum Ieſum vere omnium bonorum & beneficiorum quæ percipimus autor ſorte & hac noſtra confeſſione alios homines inuitare ad agnitionem & Inuocationem veri Dei, & ipſi quoq; certo ſtatuant, pios Deos curæ eſſe, & exaudiri, cuſtodiriq; vt in æternum ſeruentur ac glorificentur: propterea verò corde ſe Deo ſubiiciant, eumque celebrent.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Semper gaudete, ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite. Hæc enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis. *Paul. 1. ad Theſſ.* 5.

Apoſtolus veram & Deo gratiſſimam Chriſtianarum gratiarum actionem præcipiens, iuxta Chriſti mandatum, de ſacro conuiuio verba faciens, 1. *Corinth.* 11. 26. Ad menſam Domini digitum extendens, ait, Quotieſcunq; manducabitis panem hunc, & calicem hunc bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniet.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Ab ortu ſolis vſque ad Occaſum, nomen meum glorificantur inter gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purum: quoniam magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Deus omnipotens: manifeſtiſſimè ſignificans per hæc, quoniam prior quidem populus ceſſauit offerre Deo: omni autem loco ſacrificium offertur Deo, & hoc purum: nomen autem eius glorificatur in gentibus. *Irenæus lib.* 4. *c.* 32.

In omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purum. Incenſa autem Ioannes in Apocalypſi orationes eſſe ait ſanctorum, *cap.* 33.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

igitur Eccleſiæ oblatio quam Dominus docuit offerri in vniuerſo mundo, purum ſacrificium reputatum eſt apud Deum, & acceptum eſt ei, non quod indigeat à nobis ſacrificium, ſed quoniam is qui offert glorificatur ipſe in eo quod offert, ſi acceptetur munus eius, *cap.* 34.

Oportet nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori Deo, in ſententia pura, & fide ſine hypocriſi, in ſpe firma, in dilectione feruenti, primitias earum quæ ſunt eius creaturarum offerentes: & hanc oblationem Eccleſia ſola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura eius. *ibidem.*

Certo conſtat quod huius nominis ſacrificia, quæ Ieſus Chriſtus tradidit, hoc eſt Euchariſtiam panis & poculi, vbicumque terrarum apud Chriſtianos fiant, Deus accipiat & ſibi grata eſſe teſtetur. *Iuſt. Martyr. in colloq. cum Tryphone.*

Equidem & preces gratiarum actiones, ſi per homines dignos fiant, ſolas pro perfectis & Deo gratis habeo. Hæc enim ſola ſacra Chriſtiani facienda acceperunt, vt alimento ſicco atque humido admonerentur eorum quę propter eos Deus Dei filius perpeſſus eſſe narratur. *ibidem.*

A precibus finitis (nempe in cætu ſacro & communi fidelium) mutuis nos inuicem oſculis ſalutamus. Deinde ei qui fratribus præeſt (προεστῶτι, i. Eccleſiæ paſtori, qui omnium nomine toti actioni ſacræ vacat, & aliis ordine prædit) offertur panis & poculum aquæ & vini: quibus ille acceptis: laudem & gloriam rerum vniuerſarum Patri, per nomen filii & Spiritus ſancti offert, & Euchariſtiam ſiue gratiarum actionem, pro eo quod nos donis hiſce ſuis dignatos ſit prolixe exſequitur. Atque vbi ille preces & gratiarum actionem, abſoluit, populus qui adeſt omnis fauſta acclamat approbatione, dicens. Amen. Proeſtos vero, peracta gratiarum actione, quã populus vniuerſus apprecatione læta comprobauit, qui apud nos vocantur Diaconi diſtribuunt vnicuique præſentium, vt participet eum in quo gratiæ factæ ſunt, panem, vinum & aquam, & ad abſentes perferunt. Porro alimentum hoc apud nos appellatur Euchariſtia: quod nulli alii participare licitum eſt, quam veram eſſe noſtram doctrinam credenti, & lauacro in remiſſionem peccatorum & regenerationem abluto, & ita vt Chriſtus tradidit viuenti. *Idem Apologia ſecunda pro Chriſtianis.*

Panis Euchariſtiæ illæ, bona gratia nuncupatus, argumento eſt nobis, quemadmodum gratias Deo agamus. *Origen. lib.* 8. *contra. Celſum.*

Quod ſacratius eſt laudis ſacrificium, quam in gratiarum actione? Et vnde maiores Deo agendæ ſunt gratiæ, quam pro ipſius gratia per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum? quod totum fideles in Eccleſiæ ſacrificio ſciunt, cuius vmbræ fuerunt omnia priorum genera ſacrificiorum. *Auguſt. contra aduerſ. Legis & Proph. lib.* 1. *cap.* 18.

Cur per prophetas prædicat Spiritus futurum vt in omni loco ſacrificia Deo offerantur? Sic ſacrificia ſpiritualia laudis deſignantur. *Tertull. contra Iud. c.* 5.

In omni loco ſacrificium nomini meo offertur, & ſacrificium mundum: gloriæ ſcilicet relatio, & benedictio, & laus, & hymni. *Idem lib.* 3. *cont. Marcion. cap.* 22.

In omni loco ſacrificium nomini meo offertur, & ſacrificium mundum, ſcilicet ſimplex oratio de conſcientia pura. *Idem. l.* 4. *c.* 1.

Reuerenda & ſalutaria illa myſteria, quæ in omni Eccleſiæ congregatione celebramus, Euchariſtia, id eſt, gratiarum actio nuncupantur. Sunt enim beneficiorum recordatio plurimorum, caputque ipſum diuinæ erga nos charitatis oſtendunt, noſque faciunt debitas Deo gratias ſemper exſoluere. *Chryſoſt. in Matth. c.* 8. *homil.* 16.

Poſtquam Euchariſtiam ſeu gratiarum actionem in Eccleſia audiuiſſet, & ad illam vna cum aliis Amen accinuiſſet, menſæ adſtitiſſet, etiam manum ad ſanctum cibum ſuſcipiendum extendit. *Euſe. lib.* 7. *hiſt. Eccl. c.* 9.

A Solis ortu vſque ad occaſum, inquit per prophetam, nomen meum glorificatum eſt inter gentes, & in omni loco ſacrificium offertur nomini meo, & hoſtia munda. Quare ſacrificamus Deo ſacrificium laudis, ſacrificamus diuinam, venerandam & ſacroſanctam hoſtiam: ſacrificamus nouo ritu, iuxta noui Teſtamenti inſtitutum, victimam impollutam: ac ſacrificium Deo acceptum ſpiritus contritus dicitur. Et poſt. Sacrificamus ergo & adolemus, alias quidem memoriam magni illius Sacrificii in traditis ab ipſo myſteriis celebrantes, & gratias Deo pro ſalute noſtra per hymnos religioſos & pias preces agentes: alias autem nos totos ipſi & ſummo Sacerdoti conſecrantes, & verbo eius corpore, & animo mancipantes. *Idem. lib.* 1. *de Demonſtr. Euang. cap.* 10.

### ¶ Patrvm Sententiae.

Iugiter ſibi ſubuenire facit, cui collatum beneficium ante oculos ſemper aſſiſtit. *Caſſ. in Pſalm.*

Præſtita dona numerantur, vt ad beneficia conſueta animus boni iudicis innitetur. *ibid.*

Meliora meretur ſuſcipere, qui collata bona de corde non probatur amittere. *ibid.*

Si bene operantibus aliena gratia non reſponde[t] ... men ſua virtuti non deerit: quæ potius fructus ... ſimpliciter apud ſe bona felici conſcientiæ teſtim... que enim ſubiecta eſt externæ diſpoſitionis arbi... priæ puritatis maieſtate conſiſtens, ab indignioribus ... requirit. *in epiſt.*

Qui, quanta ſibi gratia collata ſit, neſcit, quanta ... debeat, non intelligit: non enim poteſt quis plene ... accepit, niſi meminerit. *ibid.*

Omnis profectus ad diuinitatis eſt munera referend... hil conſtat fore bonum, niſi quod ab ipſo dign... tum. *ibidem.*

Inuitat ad magna, qui gratanter ſuſcipit modica ... futuris recipit, qui tranſacta beneficia recognoſcit ... tione frangitur, qui magnorum munerum conſola... tur. *ibid.*

Gratias agere Deo poſſumus, referre non poſſumus ...

Danti, rependi quicquam gratius ab accipiente ... ſi gratum habuerit, quod gratis accipit: nam ſpiri... tumeliam facit, qui beneficium dantis grata mem... *Bern. in epiſt.*

Qnid eſt tota die, id eſt, ſine intermiſſione laud... ris, quia conſolaris: in aduerſis, quia corrigis, an... quia feciſti me: cum eſſem, quia ſalutem dediſti: cu... quia ignouiſti: cum conuerſus eſſem, quia adiuui... ueraſſem, quia coronaſti. *Aug ſup. illud Pſalm. Tota ... os meum laude.*

Non eſt iſta ſuperbia elati, ſed confeſſio non ingra... cognoſce, & nihil ex te habere, vt nec ſuperbus ... Dic Deo tuo, quoniam ſanctus ſum, quia ſanctifica... cepi, non quæ habui, quia tu dediſti, non quæ ego ... *illud Pſalm. Cuſtodi animam meam. quia ſan.*

Quid melius & animo geramus, & ore promamus ... explanemus, quam Deo gratias? Hoc nihil dici ... diri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuoſius ... *epiſt. ad Marcellinum.*

Siue nos accuſemus, ſiue Deum laudemus, ſemper ... gere ſtudeamus, à quo gratia gratis datur. *Idem ... ni ſerm.* 8.

Nihil eſt, quod dignum referre poſſemus, pro ... in Maria. Quid pro verberibus? Quid pro cruce ... ra reddemus? Licet crucem pro cruce, funus pro ... reddimus, quod ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo habe... Reddamus igitur amorem pro debito, & charita... re, gratiam pro ſanguine, pro pretio pecuniam. ... *Luc. ſerm.* 5.

Optima beneficiorum cuſtos eſt ipſa memoria, ... rum, & perpetua confeſſio gratiarum. *Ioan. Chryſ. ... homil.* 25.

Admoneo vos, vt Dominum ſemper benedica... rint, mala, benedicite, & diſſoluentur mala. Si ... rint, benedicite, & perſeuerabunt bona & proſpera ... *ctat. de Symbolo.*

Diſce in ferendo gratias, non eſſe tardus, non ... ſingula dona gratias agere. *ſuper Cantica.*

Non omnis gratiarum actio accepta eſt Deo, niſi ... pudica & vera ſimplicitate procedit. Pudicam ſane ... eos, qui de malis actibus ſuis gloriantur, Deo grati... quaſi Deus morte ipſorum lætetur, quum male... in rebus peſſimis. *Idem ſup. Cant. ſerm.* 13.

Veram adiunxi propter hypocritas, qui Deum qu... ſuis verbotenus glorianter, co. de retinent, quod ... Illi impie mala ſua *Deo*, iſti *Dei* bona fraudulenter ... *Idem infra.*

De omni bono apparentia à nobis referantur *Deo* ... non ficte, quemadmodum ab hypocritis, nec ſola ... cut à ſæcularibus: ſed nec quadam neceſſitate, v... oneribus applicantur: ſed ſicut decet ſanctos, ſincer... tione ſolicita, hilaritate grata, ſed non diſſoluta. *ibid.*

Quoties tentatio ſuperatur, aut vitium ſubiugatur, ... nens periculum declinatur, aut laqueus inſidiantis de... aut annoſa & inueterata quæcunq; animæ paſſio ſemel ... ſanatur, aut multum diuque cupida, & ſæpius petita ... aliquando *Dei* munere obtinetur: toties perſonare ... rum actio, & vox laudis. *Debet* ad ſingula quæque bene... dici *Deus* in donis ſuis, alioquin ingratus reputabitur, ... ſio venerit, qui non poteſt dicere *Deo*, Cantabiles mihi ... ficationes tuæ. *idem ſuper. Cant. ſerm.* 1.

### ¶ Poeticae Sententiae.

Ouid. in Ibin.

*Huic igitur meritas grates, quaſcunque licebit,*
*Pro tam manſueto pectore ſemper agam.*

Ibidem.

*Immemor illorum veſtri non immemor vnquam,*

*Qui mala ſollicite noſtra leuatis, ero,*
*Semper inoblita repetam tua munera mente,*
*Et mea me tellus audiet eſſe tuum.*

Ouid. 5. de Triſt.

*Hæc mihi ſemper erunt imis infixa medullis,*
*Perpetuuſque animæ debitor huius ero,*
*Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras*
*Ibit, & intrepido deſeret oſſa rogo,*
*Quam ſubeant animo meritorum obliuio noſtro,*
*Et longa pietas excidat iſta die.*
*Dii tibi ſint faciles, & opis nullius egentem*
*Fortunam præſtent diſſimilemque meæ.*

Virg. 1. Æn.

*Grates perſoluere dignas,*
*Non opis eſt noſtræ Dido.*
*Dii tibi, ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid*
*Vſquam iuſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti,*
*Præmia digna ferant.*

Soph. in Oedip.

*Gratiam adfert gratia.*
*Beneficium ſemper beneficium parit.*

Heſiodus.

*Æquum vt ametur amans: qui accedit, iungitor illi,*
*Da, tibi qui dederit: qui non dederit tibi, ne da.*
*Danti aliquis dedit, at non danti dedit vllus.*

Eurip. in Hel.

*Beneficium beneficio reſpondeat.*

Ter in Eunuch.

*Par pari referto.*

Vrſinus Velius.

*Capturos piſces humata in littore ſeta,*
*Naufraga forte hominis calua prehenſa fuit;*
*Qui caput auulſum membris miſeratus inermi*
*Proſubigens fecit vilia buſta manu.*
*Pondus vbi infoſſi terra graue reperit auri,*
*Gratia ſic iuſtis nulla boniſque perit.*

Andreas Alciatus.

*Quum curuos piſcator aquis educeret hamos,*
*Naufragii anfractum ſuſtulit ære caput.*
*Maxima mox hominis flens infortunia, paruo,*
*Quæ ſuper hinc fuerant, condidit oſſa ſolo.*
*Pondera ſed fodiens ingentia repperit auri,*
*Iuſto homini nunquam gratia facta perit.*

Seneca.

*Bis eſt gratum, quod opus: ſi vltro offeras.*

Item.

*Beneficia dare qui neſcit, iniuſte petit.*

Item.

*Beneficium accipere, libertatem vendere eſt.*

Item.

*Beneficia plura recipit, qui ſcit reddere.*

Item.

*Beneficium ſæpe dare, eſt docere reddere.*

Ouid. 2. de Pont. ad Rufum, eleg. 11.

*Oreſcant grates! quoniam non poſſumus ipſi,*
*Dii tibi quæ referent, ſi pia facta vident.*

¶ Sententiae Philosophicae.

Etenim, iudices, quum omnibus virtutibus me affectum eſſe cupiam, tum nihil eſt, quod malim, quam me & gratum eſſe, & videri. Hæc eſt vna virtus, non ſolum maxima, ſed etiam mater virtutum omnium reliquarum. Quid eſt pietas, niſi voluntas grata in parentes? Qui ſunt boni ciues, qui bello, qui domi, qui de patria bene merentes, niſi qui patriæ beneficia meminerint? Qui ſancti, qui religionem colentes, niſi qui meritam Diis immortalibus gratiam, iuſtis honoribus, memori mente perſoluunt? Quæ poteſt eſſe iucunditas vitæ, ſublatis amicitiis? Quæ porro amicitia eſſe poteſt inter ingratos? Quis eſt noſtrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magiſtri ſui atque Doctores, cui non locus ille mutus, vbi ipſe alitus atque doctus eſt cum grata recordatione in mente verſetur? Cuius opes aut tantæ eſſe poſſunt, aut vnquam fuerunt, quæ ſine multorum amicorum officiis ſtare poſſunt. Equidem nihil tam proprium hominis exiſtimo, quam non modo beneficio, ſed etiam beneuolentiæ ſignificatione alligari. Nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere, vt beneficio non dicatur indignus, ſed victus eſſe videatur. *Cicero in Orat pro Cneio Plancio.*

Duo ſunt genera grati hominis: Dicitur gratus, qui aliquid pro eo, quod acceperat, reddit: hic fortaſſe oſtentare ſe poteſt habet quod iactet, quod proferat. Dicitur gratus, qui bono animo accepit beneficium, bono dedit: hic intra conſcientiam occluſus eſt: Quæ illi contingere poteſt vtilitas ex affectu latenti? Atque etiam hic ſi vltra facere nil poteſt, gratus eſt, amat, debet, referre gratiam cupit. Quicquid vltra deſideras, non ipſi deeſt. Artifex eſt etiam, cui ad exercendam artem inſtrumenta non ſuppetunt. Nec minus canendi peritus, cuius vocem exaudiri fremitus obſtrepentium non ſinit. Volo referre gratiam, poſt hoc aliquid ſupereſt, non vt gratus, ſed vt ſolutus ſim. Sæpe enim & qui gratiam retulit, ingratus eſt, & qui non retulit, gratus. Nam vt omnium aliarum virtutum, ita huius ad animum tota æſtimatio redit. Hic ſi in officio eſt, quicquid defuit, fortuna peccat. Eſt aliquando gratus, etiam qui ingratus videtur, quem mala interpres opinio in contrarium adducit. *Seneca de beneficiis lib. 4. cap. 2.*

In referenda gratia, ſi modo Heſiodo credimus, debemus imitari agros fertiles, qui plus multo adferunt, quam acceperunt. Etenim ſi in eos, quos ſperamus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos eſſe debemus, qui iam profuerunt? 1. *Offic. Cic.*

Referre gratiam ad iuſtitiam pertinere videtur, quo nullum eſt magis, vt ait Cicero, neceſſarium. Sed & nullum quoque difficilius eſſe comperimus, quia quæ ex liberalitate ſponte damus, libenter damus, quæ non ſponte, non item. Quod eleganter Heſiodus his verſibus expreſſit:

Ὃς μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων ὅγε κἂν μέγα δώῃ,
Χαίρει τῷ δώρῳ, καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν,
Ὃς δέ κεν αὐτὸς ἕληται ἀναιδείηφι πιθήσας,
Καί τε σμικρὸν ἐὸν τό γ' ἐπάχνωσε φίλον ἦτορ.

*Quiſquis ſponte dabit, quamuis ingentia dona,*
*Gaudet, & hæc memori acitus ſub corde volutat.*
*Idem forte procax quiſquam ſi poſtulat vltro,*
*Vel minimum, hærebit mærens, longeque grauatus.*

*Volaterranus l. 29. Philologiæ capite de referenda gratia.*

Sapiens omnia examinabit ſecum, quantum acceperit, à quo, quando, vbi, quemadmodum. Itaque negamus quenquam ſcire gratiam referre, niſi ſapientem. Hoc certe, inquam, iuſtitiæ conuenit, ſuum cuique reddere, beneficio gratiam, iniuriæ talionem, aut certe malam gratiam. Non omnes grati ſciunt debere beneficium. Poteſt enim & imprudens, & rudis, & vnus de turba. Ignorat autem, quantum pro re debeat. Sapienti notum, quanti res quæque taxanda ſit, nam ſtultus, etſi bonæ voluntatis eſt, aut minus quam debeat, aut tempore, aut quo non debet loco, reddit id, quod referendum eſt, effundit atque abiicit. Nemo etiam referre gratiam ſcit, niſi ſapiens, ſtultus autem vtcunque ſcit, & quemadmodum poteſt, refert, ſcientia illi potius, quam voluntas deeſt, velle non diſcitur. Sapiens omnia inter ſe comparabit, maius enim aut minus ſit, quamuis idem ſit, tempore, loco & cauſa. Gratus ſum, non vt alius mihi libentius præſtet, priori irritatus exemplo, ſed vt rem iucundiſſimam faciam. Credamus itaque, nihil eſſe grato animo honeſtius. Omnes hoc vrbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes conclamabunt. In tanta iudiciorum diuerſitate referendam bene merentibus gratiam, omnes vno ore affirmabunt: in hoc diſcors turba conſentiens. *Seneca ad Lucilium Epiſtola 28.*

Beneficiorum memoria ſeneſcere non debet. *Idem libro de beneficiis.*

Acceptum beneficium æternæ memoriæ infigendum eſt. *Idem.*

Gratus etiam ſi à ſeruo ſuo beneficium accipit, exiſtimat non à quo, ſed quid acceperit. *Idem.*

Laus & gratiarum actio debetur danti, & non accipienti. *Ariſt. lib. 4. Ethic.*

Oportet regratiari, vel famulari ei, qui gratiam facit. *Idem lib. 1. Ethic.*

Retributio poſſibilis eſſe debet, non condigna, vt pater de Deo & parentibus, quibus non poſſumus æquale reddere. *Idem lib. 8. Ethicor.*

Magiſtris, diis, & parentibus non poteſt reddi æquiualens. *idem lib. 9. Ethic.*

Volo & eſſe, & haberi gratus. *Cic. lib. 2. de finibus bonorum & malorum.*

Nam ſi his, qui imprudenter læſerunt, ignoſci conuenit, his qui neceſſario profuerunt, habere gratiam non oportet? *idem Rhetor. veter. lib. 1.*

Impudens eſt, qui pro beneficio non gratiam, verum mercedem poſtulat. Contra autem de pecunia ratiocinari ſordidum eſt, cum de gratia referenda deliberatur. *idem lib. 2.*

Cum gratia tanta referri non poteſt, quanta debetur, habenda tamen tanta eſt, quam maximam animus capere poſſit. *Idem in Philippicis.*

Sæpe ex iniuria, gratia poſtmodum orta eſt. *Liuius, Decad. 1. libro 1.*

Tarda ſunt quæ in commune expoſtulantur: priuatam gratiam ſtatim mercare, ſtatim recipias, *Tacit. Annal. lib. 1.*

Qui gratis beneficium accepere, hi iucunde ſemper beneficio ſeruiunt: tum quia beneficio ſunt affecti, tum quia prius crediti ſunt digni eſſe, qui gratiarum depoſitum tuerentur. *Xenoph. orat. de Ageſilao.*

Non cum ipſis corporibus hominum de nobis bene meritorum

ipſam beneficiorum acceptorum memoriam defodere decet, *Dionyſ.Halic.lib.4.*

Aes alienum etiam hæredibus creditorum reddi poteſt: compenſationes beneficiorum niſi ſentiente benefactore fiant, bonis iuſtiſq; ſunt moleſtæ. *Plut.in Pyrrho.*

Nullum eſt nec ſincerius nec acceptius genus gratiarum, quam quum illas acclamationes æmulamur, quæ fingendi non habent tempus, *Plin.in Panegyr.*

### ¶ Apophthegmata.

*Python* Athenienſibus ob res feliciter geſtas ipſum admirantibus, ac prædicantibus, quod Cotyn regem interemiſſet: Diis, inquit, habenda eſt gratia, quibus authoribus hoc facinus præclare geſtum eſt, nam ipſe nihil aliud, quam manum & operam meam commodaui. Euentus rei in manu Dei eſt, & huic debetur gratia ſi quid feliciter ceſſerit. Sed interim vult noſtram operam accedere, *Eraſ.l.6.apoph.ex.Plut.*

*Placilla* Theodoſii Romanorum Imperatoris vxor, quum videret maritum à pietatis veræq; religionis ſtudio alienum magis eſſe, quam Imperatorem deceret, ſubinde ad eum dixiſſe fertur: Conſiderare te oportet, ſuauiſſime coniux, quis antea fueris, & in quem locum te euexerit vniuerſitatis huius Deus. Si enim perpetuam eius rei obtinueris memoriam, non prorſus te ob accepta beneficia erga eum ingratum præſtabis: ſed ex præſcripto legum Dei, quod ab eo accepiſti, gubernabis imperium, & ita eum, qui tibi, vt fideli miniſtro, commiſit, rite coles. *Niceph.Calliſt.l.12.c.42.*

*Chilon.* dicere ſolebat, Beneficii dati obliuiſci decet, accepti meminiſſe vulgus hominum contra facit. Si quid cui benefecerunt, ſine fine prædicant, ſi neque modo exaggerant. ſi quid in ipſos collocatum fuerit officii, mox aut obliuiſcuntur, aut diſſimulant, aut eleuant. *Laert.l... c.4.*

*Diogenes*, acceptis paucis nummis à Diotimo Caryſio homine ſibi amiciſſimo, cum non haberet, vnde munus tam amplum rependere poſſet, ad Diotimum dixiſſe fertur: Dii tibi largiantur tantum, quantum animo tuo cogitas & cupis. *Ælian.l.4.de var.hiſt.*

*Democritus*, dum quendam ad gratificandum aliis ſtudioſiſſimum, vilem nihilominus, viciſſim videret compenſationem accipere: Ohe: inquit, qui beneficia perdideris: num te pudet, Gratias quæſtus gratia proſtituere, quæ virgines eſſe dicuntur, *Stob.*

*Idem* dicere ſolebat: Si facultas adeſt aliis gratificandi, ne differas: noſti enim, quam mutabilis ſit rerum omnium ſtatus. *Ibidem.*

*Simonides*, rogante quodam, vt ſibi conſcriberet encomium, & gratiam ſe relaturum, inquiente, argentum autem non dante: Duas reſpondit, arcas domi habeo, vnam gratiarum, alteram argenti, & cum neceſſitas exigit, gratiarum quidem arcam aperiens, nauem ipſam reperio, alteram vero ſolum mihi commodam. *Stob.ſerm. de iniuſtitia.*

*Philippus.* Hipparcho Euboico vita defuncto, Philippus præ ſe ferebat, quam illius mortem acerbe ferret. Itaque cuidam volenti dolorem ipſius mitigare, dicentique. Attamen ille tempeſtiue deceſſit, iam natu grandis: Sibi quidem ipſi, inquit Philippus, tempeſtiue diceſſit: ſed mihi præpropere. Mors enim illum anticipauit, priuſquam à me beneficium acceperit, noſtra dignum amicitia. Perquam rarum eſt, Principem ſentire gratiarum affectus, ſed amicis plerique non aliter quam equis vtuntur. Dum vſui ſunt, curant: inutiles factos abiiciunt, eoſque ſpoliant citius, quam beneficio iuuant. *Plut.*

*Auguſtus Cæſ.* Veteranus quidam, cum vocatus in ius periclitaretur, adiit in publico Cæſarem Auguſtum, rogans, vt ſibi vellet adeſſe: Cæſar è comitatu ſuo ſelectum illico dedit, eique litigatorem commendauit. Hic miles vociferans: At non ego, Cæſar, periclitante te Actiaco bello, vicarium quæſiui, ſed pro te ipſe pugnaui ſimulque detexit cicatrices. Erubuit Cæſar, atque ipſe deſcendit in aduocationem, veritus, ne non modo ſuperbus, verum etiam ingratus videretur. *Eraſ.l.4.apoph.ex Suet.*

### ¶ Similitudines.

*Plut.* Sicut menſarii non grauatim reddunt depoſita pignora, vt quæ in hoc ipſum acceperint, vt inſtituant: Sic nos, quod à Diis accepimus. *In Moral.*

*Ciceronis.* vt iis, qui imprudenter læſerunt, ignoſci conuenit: ita iis, qui neceſſario profuerunt, haberi gratiam non oportet, *Lib.1. de Inuentione.*

*Senecæ.* Creditori præter ſortem extra ordinem numeramus, beneficiorum autem vſum eſſe gratuitum iudicamus: & illa creſcunt mora, tantoque plus ſoluendum eſt, quanto tardius, *Apud Eraſmum.*

*Vt aues*, quæ laceratione corporum aluntur, lapſa morbo pecora, & caſura è proximo ſpeculantur: Ita hic imminet morti, & circa cadauera volat. Gratus animus ipſa virtute popoſiti ſui capitur. *Lib.4.de benef.*

*Quomodo eſt* diſertus etiam qui tacet, fortis etiam ... preſſis manibus, vel etiam alligatis, gubernator etiam ... co eſt, quia conſummatæ ſcientiæ nihil deeſt, etiamſi ... ſtat quo minus ſe vtatur: Ita gratus eſt etiam qui ... nec habet huius voluntatis ſuæ vllum alium quam ... *benefic.l.4.c.21.*

*Hæc debemus* virtutibus: vt non præſentes ſolum ... iam ablatas è conſpectu colamus, Quomodo illæ ... non in vnam ætatem prodeſſent, ſed beneficia ſua ... relinquerent: Ita & nos non vna ætate grati ſumus. *Lib. ... de Benefic.30.*

*Vt gloria* fugientes magis ac magis ſequitur: Ita ... ciorum gratius reſpondit illis, per quos etiam eſſe ... *Lib.5.de Benefic.c.1.*

*Quemadmodum* illi ſeruauerunt bonorum ... qui reddi ſibi penates noluerunt clade communi, ... duos iniquo malo affici, quam omnes publico: Ita ... minis grati affectum: qui bene de ſe merentem diffic... opprimi, quas ipſe ſummoueat, qui etiam ſi bene ... precatur. *Lib.6.de Benefic.c.37.*

*Plinij.* Vt faba & lupinum non exhaurit, ſed ... in quo alitur: Ita gratus meliorem reddit fortunam ... beneficio adiuuatur, & refert, quod accepit. *Lib.18.c. ... eodem libro.*

*Chryſoſtomi.* Si, cum ex amico beneficium aliquod ... ue cum verbum aliquod gratum placidumq; audimus ... exardeſcimus: Quanto magis, cum viderimus, ... impliciti fuimus, ex quibus omnibus nos eripuit Do... ptiores ad obedientiam erimus. *Ad Titum hom.1.*

*Theophilacti.* Imperator aliquis tenui cuidam & ... dioris prouinciam credidit procurandam: contulit ... dignitatem, nihil tamen tanto magiſtratu dignum ... merito & dignitate hanc gubernaret: quo fit, vt tanti ... honos ridiculum ſæpe perſtiterit. Deus vero & no... xit, eundemque ad promerendum idoneos fecit: ... que honor, cum ad munus accedat collata ſufficiat. ... *mo ad Coloſſ.*

### ¶ Adagia.

Qui egent lucerna, oleum infundunt.

*In eos qui amicos ex quibus vtilitatem capiebant, ... bo grauatos negligunt:* ὦ Περίκλεις καὶ οἱ τὸν λύχνον χρείαν ... λαιον ἐπιχέουσιν, *inquit Anaxagoras ad Periclem ... glectum amici.*

Lingua ſeorſum inciditur.

*Ariſtophanes in Pace:* ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται. *Inter... net alluſum eſſe ad prouerbiale dictum,* ... *Lingua præconi. Quo recte videbimur vſuri cum ... deberi ſignificabimus, qui in conficiendo negotio ... partem adiumento fuit; aut* εὐαγγέλιον *dandum ...*

Ἀντιπελαργεῖν.

*Apud Græcos eſt mutuam officii vicem rependere, ... tricandi, fouendique eos, à quibus aliquando fuerunt ... inſtitutus.*

Pro bonis glomi ἀντὶ τῶν ἀγαθῶν ἀγαθίδες.

*Dici conſueuit, vbi quis beneficium, quod in alium ... cumulate cum fœnore reciperet.*

Syloſontis chlamys. ἡ Συλοσῶντος χλαμύς.

*Dici ſolitum in hos, qui ſe cultu, veſtituque ... tant.*

### ¶ Exempla Biblica.

Gratitudinis exempla, in rege Sodomorum, *Gen.* ... ban, 24.29.30.31.& 29.*v.*15. Pharaone, 41.39.4... 20 Ioſua. *Ioſ.*6,17.23 Iſraelitis, *Iudic* 8.22. Noemi, ... 1.*Sam.*15.*v.*6. Dauide, 22.23.2.*Sam.*2.4.5.6.& 9.11.& ... Thou rege Ematheo, 2.*Sam* 8.10.& 8.*v.*37. Salomon... & 10.13. Elia, 1.*Reg.*17.20.2.*Reg.*2.9. Eliſæo, 4.2.13.16... 10,5.15.23. accuſatoribus Iudæorum, 1.*Eſdr.*4.14.15. ... *v.*2.3.& 6.*v.*3.4 Eſther, 7.*v.*2. Nabuchonodoſore, *Dan.* ... ſaſare, 5. *verſ.*19.31. duobus cæcis, *Matth.*20.24. à dæmon... *Marc.*5.20. Iudæis, *Luc.*7.4.5. Paulo, *Act.*27.34.35. *Rom.* ... 15. *Phil.*4.15.18.2.*Tim.*1.16.

Gratus animus erga Deum, & homines commendatur ... 4.3.& 8.20.& 14.21.& 21.1.& &c.24.48.& 25.27. ... 15.17.& 13.48. *Deut.*4.9.& 65. *Iudic.*5.1.1.*Sam.*1.*verſ.* ... 11.2.*Sam.*10.2.& 19.35.1 *Reg.*2.7.1.*Paral.*29.10.... 20.26. *Iob.*9.1 & 12.*verſ.*1.7. *Eſth.*6.*verſic.*1.&c. *Eccleſ.* ... 32.& 35.13 *Matth.*11.25. *Marc.*5.16. *Luc.*18.43 *Ioan.*11.41. ... 21.27.35. *Rom.*6.17.2.*Cor.*6.1. *Epheſ.*5.19. *Philip.*4.6. *Coloſ.* ... *Theſſ.*5.18.2.*Theſſ.*1.3.1.*Tim.*4.3.

Gratitudo commendatur. *Col.*3.15.

Gratiæ per Chriſtum agendæ. *Exemplum:* Paulus, *Rom.* ...

Gratiarum actio cum piis viritim, tum Eccleſiæ ...

neceſſaria, *Exod*.13.9. *Pſalm* 50.19.& 106.v.47.48. *Eſai*.42.10.& ...14,5. *Rom*,1,21.& 14.6 *Epheſ*.5.4. *Phi*.4,6. *Col*.1,12.& 2.7.& 3 ...4.21. *Theſſ*.3.9.& 5.18.2. *Theſſ*.1.3.& 2,15, *Ti*.2,1.& 4.v.3.4. *Hebr*.

Gratiarum actionis pro Dei beneficiis exempla: Melchiſedech' ...14.2. ſeruus Abrahæ, 26.26,27. Iacob.32.10. Hebræi, *Exo*. 4. 31 ...& Hebræi,14.1 &c. Maria,20.21. Iſraelitæ, *Num*.21.17,18. & 31 ...Ioſuah, *Ioſ*.8.30. Debora & Barac. *Iudic*.5.1.2. Gedeon,7.15. Anna. ...2.1. Dauid.2. *Samuel*.7.18.1. *Paral*.29.10.11. *Pſalm* 7.18.& 51 ...& 104.1. Achimaas. 2. *Sam*.18.28. Salomon, 1. *Reg* 3.15. ...Hiram,5,7 Ioſaphat 2. *Paralip*.20.18. Eſdras, 1. *Eſdr*.7.26. ...*Tob*.2,14. Eſaias,25.1. Ezechias, 38.20. Daniel, *Dan*.2.19.20. & ...Nautæ & comites Ionæ, *Ion*.1.16. Ionas 2,10. Turbæ, *Matth*.9.8. ...11.25, *Ioan*. 11. 41. Maria, *Luc*.1.46. Zacharias, 68 paſtores.2. ...5.25. Populus,7,16. Mulier, 13, 13. Leproſus Samarita-...Cæcus & plebs, 18.43. Centurio,23.47. Cæcus natus, *Ioan*.9 ...Credentes, *Act*.2.47. Claudus.3.8. Chriſtiani,11.18. Paulus. *Rom*.1. ...& 7.25.& 16.25. *Act*.28.1. *Corinth*.1.4.14.18.& 15.57. 2. *Cor*. ...& 8.16.& 9.15 *Galat*.1.3 *Epheſ*.1.3.16, *Philip*.1.3. *Coloſ*.1.3.1. ...1. *Timoth*.1.12.2. *Timoth*.1.3 & 4.18. *Philem*.4. *Hebr*.11 21 Pe-...5,11 quatuor animalia, & viginti quatuor Seniores. *Apo*-...Angeli animalia, & Seniores,5.9. Turba multa,5.10.11. Vigin-...Seniores,11.17. Sancti,16. Omnis creatura, *Apocal*. 25. 13.7. ...actionis in Bonorum amiſſione exemplum: Iob, *Iob*.1,21. ...actio pro beneficentia in pauperes.2. *Corinth*. 9. v.11.12. ...Gratiarum actio ante cibum commendatur, 1 *Tim*.4. 4,5 *Exempla*. Chriſtus, *Matt*.14.19.& 15.36. *Marc*.6.41.& 8.6. *Luc*.9.16. & ...1. *Corin*.11.24. *Ioan*.6.11.23 Turbæ,33, Paulus, *Act*.27.35. Gratiæ ...ante & poſt cibum ſumptum, *Deut*.18.10.1. *Samuel*.9.13. ...*Matt*.14.19.& 15.56,& 26 25. *Marc*.6.41. & 8.6,& 14.,22. ...*Ioan*.6.11. *Act* 27.35. *Rom*.14 7.1. *Cor*.10.30.1 *Tim*. 4.3 poſt ...commendatur *Deuter*.8.10. *Eſa*. 62. 9. *Ier*. 2.26. pro regni ...amplificatione, *Apoc*.11.17. pro regenerationis domo, *Coloſſ*. ...pro liberatione e periculis, *Pſ* 9.12.13. & 22.27.& 28.6 ...& 31.22 & 35.18.28 & 40.2.4. & 106. 48 & 107. 2.15.21.31. & ... *Ierem*.20.13 Gratiam actionis pro liberatione à ſeruitu-...*Exempla*: Moſes & populus, *Exod*.15.1.3. Iethro 18.10 Dauid. *Pſal*. ...pro Oratione exaudita *Exempla*: Dauid, *Pſal*.6.9.& 20. 6. ...& 118.21. Vxor Tobiæ. *Tob*.11. v.18 19.20. Daniel, *Dan*.2, ...Azarias & ſocii eius.3. 49. 50.31. Siracides. *Eccleſ*.15.1.2,3. ...pro bono Principe *Exempla*, Hiram, 1. *Regum* 5.7. Regina Saba, ...pro prole ſuſcepta, *Exempla*: Lea, *Geneſ*.29.35. mulieres Bethle-...*Ruth*.4.14 Anna.1. *Samuel* 2.1. Zacharias, *Luc*.1. *verſic*. 68. ...promiſſione Dei præſtita *Exempla*: Salomon, 2. *Paralip*.6. *ver*. ...Zacharias, *Luc*.1. *v*.68.70. Maria virgo, 46. v.55. pro manifeſta-...*Exempla*: Paſtores, *Luc*.2. *ver*.20. Eccleſia, *Actorum* 21. ...20. Paulus. 2. *Corinth* 2.14 *Epheſ*.1.15.16. *Philip*.1.3.4.1. *Theſſal*. ...2.13.& 3 9 2. *Theſſal*.1.3.& 2,13. pro templi ædificatione *Ex*-...: Salomon, 1. *Regum* 8.15.16.2. *Paral*.6. v.15. pro eiuſdem in-...populus redux à captiuitate, 1. *Eſdras* 3. pro Victoria tam ...quam corporali *Exempla*: Principes exercitus, &c. *Num*. ...Ioſua. *Ioſ*.8.25.30. Debora & Barac, *Iudic*.5.1. Dauid. 2. *Sam*. 22. ...*Pſalm*.18.50. & 144. Ioſaphat & populus, 2.2. *Paralip*.20. 27.28. ...*Iudith*.16.22. Iudas, & Iſraelitæ, 1. *Mach* 4 37. Iudas Ma-...2. *Machab*.1.10.11.&c. Populus Ieroſolimitanus, 13,14.15. ...Paulus, *Rom*.7.25.1. *Cor*.15.57.

## §HISTORICA EXEMPLA.

*Ægyptii* extra quam ſit gentium aliarum captus, erga bene...præcipue grati ſunt: quod magnum vitæ ſubſidium opinē...retributionem. Itaq; non Diis tantum, non hominibus: ...quoq; animalibus gratitudinem pro beneficiis acceptis ...voluerunt. *Diodorus Siculus*.

*Alexander Magnus* prædicare ſolebat, à nemine ſe vnquam be...fuiſſe exuperatum. *Cælius libro 7. capit. 28. antiquarum* ...

*Pyrrhus* rex Epirotarum ad familiares humanus atque faci-...& promptus ad rependendam gratiam. *Plutarch. in* ...

*Alphonſus Arragonum* & Siciliæ rex, à nemine vnquam grati-...officio ſe vinci paſſus eſt. *Panorm. lib*.1. *de dictis & factis* ...

*Cyrus* quamuis ſe Cambyſis Perſæ & Mandanes filiæ Aſtyagis ...Medorum filium eſſe reſciuiſſet, ſuam tamen altricem Spaco ...Cyno vocant: vnde fabulæ initium, quod à cane fuerit nu-...) Mithridatis regii bubulci vxorem in tanto honore ſemper ...vt ſemper in eius ſermone eſſet Cyno. *Herod. li*.1.

*Romulus & Remus*, cum expoſiti ad Tiberim eſſent, & à lupa victum accepiſſent, eius beneficii memores Lupæ ſimulachrum Romæ poſuerunt. *Plin & Liuius*.

*Henricus* II. *Imp*. In literarum ſtudio à teneris educatus in oppido Saxoniæ Hildesheim, epiſcopatum ibi inſtituit, donariiſq; & cenſibus decorauit. *Cuſpin*.

*Scotorum* pueri altores atque nutrices, earundemque liberos, haud ſecus ac parentes germanoſque adamant. *Hect. Boethius li*.2.

*Cræſus Lydorum rex*, cum audiuiſſet legatos ſuos, quos Delphos miſerat, comiter ab Alcmæone Athenienſi exceptos fuiſſe: hominem accerſiuit: & vbi aduenit, tanto eum donauit auro, quanto ſemel corpore ſuo ferre poſſe. *Herod. li ſexto*.

*Alexander Magnus* captis Thebis, hoſpites patris ſui Philippi (apud eos enim obſes adhuc puer egerat) eorumque cognatos incolumes ſeruauit, reliquis captis aut trucidatis. *Ælianus li*.13. *Var. hiſtor*.

*Laudatiſſima virtutum* omnium Gratitudo, res cœlo & hominibus grata, gratiq; nominis, in quo genere, vt vetuſtiſſimum, ita maxime pium Iſraelitæ exemplum edidere: qui excuſſo ſeruitutis iugo perque medios pelagi fluctus in pacatam terram egreſſi, confeſtim Deo ſeruatori hymnum cecinere, quem Moyſes itineris author eſt pie meditatus. *Sabellicus l.c.7. exemplorum*.

*Fuit & in Rabaam Hierichuntiam* eadem gens non ingrata, quam in Hierichuntis excidio ſolam cum domo præſtitit incolumem: quod ſuos hæc exploratores in vrbe deprehenſos, per diem texiſſet, cum ad ſupplicium quærerentur, noctuq; tutos in caſtra demiſiſſet. *Idem*.

*Gratus & Dauid rex*, Ionathæ opera ſæpius ſeruatus (erat Ionathas filius Sauli regis, quo nullus vnquam hominum fuit Dauidi infeſtior) poſtquam regno Dauid potitus eſt, Ionatham eius filium complexus cum omnem alioqui progeniem Sauli hoſtiliter inſectaretur, vnum ob patris memoriam clementer fouit, regioq; conuiuio adſcripſit. *Idem*.

*Cyrus maior* quod in Eſaiæ libro ducentis ante & amplius annis editis nomen ſuum diſerte poſitum inuenit. Prophetæ carmen, hoc habuit: Volo Cyrum quem multarum & magnarum gentium regem conſtitui populum meum ad propria remittere, ibiq; mihi templum iterum ſuſcitari. Ipſe inquam Cyrus prophetica prædictione lætatus, edicto teſtatus eſt, ſe Iudæos in patriam remittere, vt Deo templum reſtituerent, cuius prouidentia, multo prius quam naſceretur, fuiſſet rex conſtitutus. *Idem*.

*Pari gratitudine Alexander Macedo*, cum Hieroſolymis eſſet Danielis prophetæ oraculo inſtructus, fore vt rex Græciæ, Perſarum olim opes euerteret, certa ſpe victoriæ ex ea re percepta, Iaddum & cæteros ſacerdotes, per quos fatidicum carmen cognouit, ampliſſimis donauit muneribus: ipſi ciuitati permiſit, vt ſuis vteretur legibus, tributaq; in ſeptem annos remiſit. *Idem*.

*Proximus* eſt publicæ gratitudini vetus ille Romanarum mulierum luctus, quæ Iunium Brutum ob læſam Lucretiæ pudicitiam Tarquiniorum inſectatione inſigniter vindicatam, annum integrū luxere. *Idem*.

*Pulchrum facinus*, & inprimis memorabile, quod in ea vrbe, quæ futura erat caput & arx omnium gentium, virilis gratitudo cum muliebri toties certauit. Enimuero matronæ rurſus ob inſignem pietatem à Martio Coriolano matri exhibitam, eum extinctum menſes decem luxere. *Idem, copioſius Valerius libro 2 capit*.2.

*Statuit populus Romanus* Antonio Muſæ medico ſignum Æſculapio proximum, ob Auguſtum periculoſo morbo ſeruatum, monumentum publicæ gratitudinis haud vulgare, præcipuumq; artis decus, quod potentiſſimi populi omniumq; gentium victoris iudicio vnus aliquis hominum medicinæ Deo æquari debuerit, quod caput vnum etſi ciuitati gratiſſimum maiore felicitate, quā artis peritia ſeruaſſet.

*Talis nec minor* honos, minoriue gratitudinis fonte egreſſus Hippocrati medico contigit in Græcia. Nam cum peſtis ex Illyrico appropinquare diceretur, ex diſcipulis quoſdam in diuerſas Græciæ ciuitates dimiſit, qui illis laborare incipientibus opitularentur. Quapropter eoſdem, quos & Herculi, Græcia honores illi decreuit.

*Magna Syracuſanorum* erga Thimoleontem Corinthium gratitudo, fuit cuius opera Dionyſii, ſecundi tyrannide liberati fuerunt. Nam cum poſtea Syracuſis quod ſupererat ætatis peregiſſet (etenim vſque ad vltimam decrepitam viuere ei contigit) nihil publicam rem attingeret, per id tempus Syracuſani decreuerunt: niſi prius in conſilium perlato Thimoleonte, eius ſententiam perquiſiuiſſent, à qua diſcedere nefas erat. Quum autem Thimoleon deceſſit, candidatus populus Syracuſanus coronatuſque eum extulit, laudes eius magna lachrymarum vi decantans: publico edicto declarata funeris impenſa, vt quanti ea conſtitiſſet, omnes intelligerent, in medio foro ſepultus eſt, ſepulchri area magna porticu circumſepta, quæ à Thimoleontis nomine vocata



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt, in quo loco quotannis ludi in Timoleontis memoriam ede bantur. *Baptiſt. Fulgoſ.*

*Athenarum ciuitas* erga Ariſtidis liberos grate ſe admodum egit. Eorum enim memor, quæ Ariſtides pro Athenienſium ſalute, Perſarum bello egerat, honeſte dotatas è publico Ariſtidis filias, ex publico palatio ad maritorum ædes deduxit, Lyſimachoque filio centum argenti minas, & totidē agri iugera, quadragintaq; drachmas in ſingulos dies, vnde viueret, contulit. *idem.*

*Artaxerxes Perſarum rex*, cum per regnum obequitaret, è more munera populi offerebant. Ruſticus autem quodam tranſeunte eo rege, habere ſe nihil quod daret, cernens: ſtatim ad proximum amnem ſe contulit, vnde impletis aqua manibus ambabus, alios, qui cum muneribus anteceſſerant, currendo conſecutus, regi aquam obtulit. Eo argumento amoris motus rex, mille Daricos, & cum eis cantharum aureum ruſtico, quia gratitudine vinci ſe nolebat, dono dedit. Eadem etiam gratitudine vſus eſt, cum inopem militem ditauit, quod ei ex aquæ vtre potum præbuerat: Quo die aduerſus Cyrum fratrem ſuum decertauit, & prælio defeſſus, magno animi corporiſq; æſtu torquebatur. *Idem.*

*Agrippa cum Romæ* in priuata fortuna eſſet, atque eum propter falſas ſuſpiciones Tiberius catenis ante eius palatium ad arborem vinciri iuſſiſſet, vt inde, in carcerem duceretur. Eo in loco propter ſolis ardorem, animiq; moleſtiam, magna ſiti torquebatur. Et cum prætereuntem Taumaſtem vidiſſet Caii ſeruum aquæ prægelidæ vas ferentem, orauit, vt bibere ſe ſineret. Quod ille cum amanter feciſſet, dixit Agrippa, ſe pro ipſa re gratiam aliquando ei relaturum, Haud multo poſt igitur Tiberio Caius in principatu ſucceſſit, à quo Agrippa, qui in eius contemptum captus fuerat, liberatus, atq; in Iudæa rex conſtitutus fuit: qui tunc à Caio impetrauit, vt eius precibus Taumaſtes liberaretur. Itaq; poſtea ſuorum numero acceptum, regni procuratorem fecit: morienſq; teſtamento cauit, vt vxor atq; liberi eodem apud ſe loco Taumaſtem retinerent. Quę res exemplo eſſe poteſt, omnibus in ſeruiendum, quantum fieri poteſt. *Idem.*

## ❡ Hieroglyphica.

Non ignoro eſſe aliquos qui huiuſmodi hieroglyphicum, quo ſcilicet *Canis* vel ſimulachrum aliquod, vel conditum cadauer intueretur, hominem beneficii accepti memorem ſignificare contēdant. Canis porro illos, qui de ſe bene meriti fuerint, nunquam obliuioni tradit. *Pier. Valer. l.5, pag. 46. E.*

*Per cucupham auem* AEgyptii animum gratum hieroglyphice ſignificabant: propterea quod vnum hoc animal (*ita enim ſcribit Philippus cui Horapollinem nomen faciunt*) ante alia omnia genitoribus ſenio confectis, eodem modo gratiam rependit. quo ales ipſa fuerit educata. In eodem enim loco vbi fuerit à parentibus enutrita eis nidum parat, pennas vellicat inutiles, eoq; cibum importat, idq; quoad reſumptis pennis ſibi ſufficere queant. *Pier. Valer. li. 17. pag. 185. C.*

## ❡ Emblema.

Gratiam referendam.

Emblema xxx.

*Aerio inſignis pietate Ciconia nido,*
*Implumes pullos pignora grata fouet.*
*Taliaque expectat ſibi munera mutua reddi,*
*Auxilio hoc quoties mater egebit anus.*
*Nec pia ſpem ſoboles fallit ſed feſſa parentum*
*Corpora fert humeris, præſtat & ore cibos.*

## ❡ Fabula.

Formica & Columba.

Formica ſitiens in fonticulum ſe demiſerat, ſed vndis ablata veniebat, iam in periculum ne ſuffocaretur, cum non eſſet vbi conſiſteret. Hoc columba cernens, de arbore iuxta fontem enata, defractum ramum in aquas abiecit, cui adhæreſcens formica mortem euaſit, paulo poſt affuit auceps, & arundinibus diſpoſitis viſę columbæ inſidiari cœpit. Cui metuens formica, ad aucupem inter opus arrepſit, & ita vehementer illum pupugit, vt arundines præ dolore abiiceret, atq; harum ſtrepitu territa columba auolauit, ac periculum vitauit.

Docet fabula, erga bene meritos eſſe nos gratos debere.

---

# Grauitas.

## Definitio et Etymol.

GRauitas, Græce βάρος, εος, τὸ & βαρὺς, έος, ὁ, grauis dicitur. Eſt autem graue, quod eſt natum ferri ad medium, *ſecund. Ariſt. lib. 1. de Cælo & mundo.*

Grauiſſimum eſt, quod ſubſtat omnibus deorſum latis, *ſecund. Ariſt. ibid.* Et eſt graue per abuſionem, quod nos grauat, & moleſtia afficit, hinc ſenectus grauis, moribus grauis, dolor g[...] niam qui talia ferunt, vellent tanquam onus graue d[...] conſtantem ac prudentia præditum, grauem dicimus [...] precibus, nec minis, nec alia paſſione moueatur à rect[...] faciunt, qui leues ſunt. Vnde Ouidius:

*Tu leuior foliis, tunc cum ſine pondere ſucci.*

Hinc grauitas, quæ eſt firmitas ac conſtantia animi, [...] moribus, verbis, rebus agendis quædam ſeueritas.

Grauitas eſt, per quam loco ac tempori, item & perſon[...] conſentaneus talem etiam corporis & ſermonis habitum [...] dignitate: Cuius extrema, moroſitas, & abiectio, & vt [...] git placentia. Partes ipſius triſtitia, & ſeueritas.

Vel eſt firmitas & conſtantia animi, in moribus, verbis, [re]bus agendis quædam ſeueritas. Græcis σεμνότης [...] *Iakkir*, Carus pretioſus, inclitus, à verbo *Iakar*, precio[...] eſt habitus: vt ſunt viri graues. *Iere. 31. 20.*

Grauitas eſt virtus, quæ neceſſaria vocationis officia [...] hoc eſt eodem modo facit, & omnes actiones & geſtus [...] gruant cum ordine naturæ, perſonarum, locorum & [...]

## ❡ Sententiae Philosophicae.

*De grauitate corporis.* Dial. xcix.

*Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Grauis ſum corpore. R. Querì poſſes, ſi vt volucris [...] non vt vir ad virtutem natus eſſes. D. Graue corpus [...] R. Hanc quærelam Roſcio dimitte atque AEſopo. [...] ctum circulum flecti, vel per funem aereum lab[...] rem? Ito cum viris bonis greſſu ſobrio. Geſtus, ac ſalt[...] ſunt. Sapientem, vt in actibus, vtque in verbis, ſic in [...] tas decet, atq; modeſtia. D. Graui corpore ſum. R. Hæc [...] comitum ſenectutis eſſe ſolet, ne qui illam amiſerit, [...] quamuis interdum non ætatis, ſed naturæ comes [...] fit, vt & iuuenes graues, & ſeniculos agiles videamus. [...] ſi graui ſub corpore, ſæpe animus leuis, & ſub leui [...] corporis tamen, atq; animi proportio quædam, [...] nerit, haud, ſpernenda eſt. D. Moles corporis ingens [...] ror quamuis inuiſibilis animi moles, & conſtantia [...] nihil graue erit. D. Mole corporea demergor. R. Agi[...] merge: & illam extenuare, ac diſcutere laborando [...] do res multas, & difficiles agendo, exercitio mentis, [...] lio voluptatum, pelle ocia, arceſſe negocia, ſperne [...] ertiam, curas, ama, molliciem abiice, ſectare duriciem [...] ctare, cibo, potu, accubitu, ſeſſione, intentione [...] breui, ac ſolicito. D. Mole corporea laboro. R. Alius [...] alio laborat. Nullius ſine labore vita agitur, ſed [...] uit, alienum vel deſpicit, vel ignorat. D. Multum corp[...] excreuit. R. Si hominis nomen, quod mortale eſt [...] dicitur, ſic maxime homo erit, multa humo obſitus, [...] men ſic cœleſtem naturam terreſtris obruere, [...] ſurdam virtuti & male ſuadenti credulam præbeat [...] Graue corpus animam premit. R. Ipſum collige anim[...] ſarcinam magno niſu perfer, ac cogita ſæpe cœleſtia [...] faſce corporeæ molis erumpere, & mitam ad altitud[...] re. D. Corporis onere prægrauor. R. Etſi vinci nequ[...] ni tamen ſtudio enitere, vt indies, & viribus tuis acced[...] ſarcinæ detrahatur.

Grauitate ac manſuetudine ad virtutem ciuilem [...] eſt. *Plut. in Coriolano.*

Admodum eſt efficax animi ſermoniſq; abſciſ[...] *Max. li. 6. c. 4.*

## ❡ Apophthegmata Grauiter prolata.

*Alcamenes Telecri* filius cuidam percunctanti, qu[...] optime regnum ſeruare poſſet: Si lucrum, inquit, [...] rit. Longe lateq; diſſentiens à vulgo principum, qui [...] ratione principatum conſtabilire ſtudent, quam [...] ſuis augendis opibus: cum iuſtitia & æquitas maxime [...] turnum imperium. *Eraſ. li. 1. Apoph.*

*Grauiſſimum* fuit reſponſum Syagri, cum vna cum [...] bus, quo tempore Xerxes exſpectabatur, ad Gelonem [Sy]racuſanum miſſus fuit, vt in eo bello opem ab eo p[...] cum Gelo offerret ducentas triremes, duo equitum, [...] millia, ac præterea grandem pecuniam ac vim ma[...] ſi Græci in eo bello eum ducem creare vellent Syagr[...] non accipere ſe conditionem, quia ad quærendos mil[...] ſumendum ducem miſſus erat. Pluris enim patriæ d[...] eam neceſſitatem, in qua eos fortuna deprehenderat, [...]

*Quum in Spartanorum* conſilio quidam vitæ p[...] lingua promptus, ſententiam ſuam apprime pr[...] quoniam maiorem ſenatus partem magno opere [...] propterea dictum erat, vt in eius verba decretum [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſex* quidam inter alios vehementer ſenatum reprehendit quod in illaudatæ vitæ homine, aliquo modo conſilium cepiſſe videri vellet. Oſtendens eiuſmodi rem vehementer grauitati Lacedæmoniorum aduerſari. Sed cum omnes illius tamen ſententiam laudarent, perſuaſit, vt eandem ipſam rem quam eloquens, cæterum bonis parum dixerat, ab alio quanquam non æque diſerto, bono tamen viro, dici iuberent, & ſub eius nomine Senatuſconſultum conſcriberent. Quamobrem ne (vt monebantur) grauitates immemores fuiſſe viderētur, bono conſilio vſi, authoris nomen prætericrunt.

Ingenti grauitate Romanus Senatus vſus eſt quum vrbe à Capitolino atq; Volſcis obſeſſa: quanquam Senatuſconſultum de pace conſcripſiſſet, aperiri tamen nunquam voluit: niſi prius Romano agro Volſci cū exercitu exceſſiſſent, ne aliquando diceretur, Timore coactos Romanos pacem cum Volſcis feciſſe. Alia de eodem aliisque viris, populis, item exempla, grauiter dicti & facti *videto apud Fulgoſum, atque Valer. Maximum lib. 5. ca. 4.*

*Themiſtocles* cum ad mare deſcendiſſet, vt occiſorum Perſarum ſtragem inſpiceret, cum paſſim humi mortuorum corporibus minimè ſparſos torques, & armillas aureas videret, ad amicum conuerſus dixit, Tu, qui Themiſtocles non es, iſta collige. Grauiſſimo verbo oſtendens, conditiones quibus hominum gradus diſcriminantur ea eſſe, quæ faciant, vt aliquid agere aut deceat, aut non deceat.

*Quum Simonides* poeta, prætoris Themiſtoclis operam pro amico in re iniqua peteret, reſpondit Themiſtocles. Nec Simonidem fore bonum poetam, niſi menſuram modumq; in canendis carminibus, quæ ſcribebat, curaret: neq; ſe bonum prætorem habitum iri, ſi legibus ac iuſtitiæ alicuius gratiam præpoſuiſſet.

*Grauiter Lacedæmonii* quoq; Macedonum Philippo regi reſpōderunt, cum rem iniquam ab eis petiiſſet. Hoc enim reſponſo vſi ſunt Lacedæmonii Philippo regi, De eo quod ad nos ſcripſiſti. non, nulla alia vel excuſatione, vel verbo addito.

## Grex.

¶ Biblici Loci.

GRegem paſcens, de lacte gregis manducat, 1. *Corint.* 9, 7. Greges iumentorum multiplicantur ſeruantibus Dei præcepta. *Deut.* 28. 4. & contra, V. 16. 18. *Vide Gen.* 30. 39. *Iud.* 6. 4. Grex turba vel numerus hominum, populus, exercitus, 1. *Chron.* 21. 17. *Ezech.* 36. 38, *Ier.* 13. Grex Dei Eccleſia, *Cant.* 1. 7. 8. *Eſai.* 40. 11. *Ierem.* 13. 17. & 23. 1. & 50. 6. &c. *Mich.* 7. 14. *Mat.* 26. 32. *Act.* 20. 28. 1. *Pet.* 5. 2. 3.

¶ Philosophicae Sententiae.

*De gregibus & armentis.* Dial. lix.
*Franciſci Petrarchæ.*

Gav.

Gaudeo gregibus, & armentis R. Brutinum gaudium, G. Armentis ac gregibus abundo. R. Belunia proſperitas quam beluæ peperere. G. Amo greges armenta, R. In omni amore amantis & amati ſimilitudo ſuſpecta eſt G. Armenta gregeſque amo R. Amatis omnia vos inuicem ac virtutem, quæ primis erant amanda negligitis, & quæ negligenda diligitis. G. Amo armenta gregeſq; R. O rerum viliū amatores oſoreſq; nobilium! amatis quæ ſe nec amari ſentiunt nec amantibus vicem reddunt. Cum interea nec vos vicem reddatis amantibus, totumq; hoc malum facit auaritia, vt nō modo ſeruum ingenuo ſed pecus homini præferendum exiſtimetis. G. Armentorum gregumq; ingens copia eſt. R. Si per teipſum illos paſcis, quid niſi occupatiſſimus paſtor eris? Officium vile laudatum licet à multis, ante alios à Catullo Veronenſi, ſin per alios, non paſtor ſed paſtorum ſeruus, paſtorumq; dolis expoſitus. Nunc vicinus obfuerit, nunc præcipitium, nunc morbus, nunc abactor, tandem demum aliquid fingendum, vnde damnum, dolorque, & illuſio. Magna vero pars mali fuerit illuſor rudis. G. Armentis ac gregibus diues ſum, R. Laudatæ diuitiæ ſed incertæ & caſibus multis obnoxiæ, fraudibus, rapinis, peſtibus, quæ tam crebræ tamq; variæ ſunt, vt ſæpe totos greges, totaq; lacerent armenta. Nota peſtis quam Lucretius, quamq; illum ſequens Maro deſcripſit. Et quam multas putas famoſas minus ſcriptorum penuria, ſed damnoſas æque. G. Diues ſum gregibus & armentis. R. Vagæ, patenteſq; diuitiæ, (non dicam) arcula, vt gemmæ, ſed ne domo (licet ampliſſima) claudi poſſint, tam nec à ſeruis, nec à furibus, nec à feris atrociorib. denique omnibus in tuas diuitias datum ius. G. Gregibus & armētis gaudeo. R. Gaudes ſemel doliturus millies, nullus dies ſine rumoribus mœſtus ibit, Nunc irruerint Sabæi, tulerintq; omnia nec pueros gladio percuſſerint, vt pecuoſo illi quondam nunciatū eſt. nunc bos cornu fregerit, nunc crus equus, nunc vagantem lepus agnum; nunc infectum gregem mors inuaſerit. Non ſat miſeri veſtris malis & mortalitate propria viſi eſtis, niſi mortes quoque brutorum animalium lugeretis.

## Gubernatio.

DEFINITIO ET ETYMOL.

GVbernare eſt rem ad debitum finem conuenientes perducere, *ſecundum B. Thom ſecunda Secundæ qu. 102. artic. 2.*

Gubernatio eſt executio prudentiæ, *ſecundum B. Thom. Prima Secunda q. 22. art. 1.* κυβερνάω. Græce, guberno Latine dicitur.

Guberno, proprie ſignificat nauim rego. In nauigatione infinita inſunt pericula, & nauis magiſtrum, peritiſſimum eſſe oportet. In mari etenim, vt & in bello, bis peccare non licet. Metaphorice guberno idem eſt ac moderor, adminiſtro, procuro.

Gubernator, rector nauis, claui moderator, κυβερνήτης. Hebr. *Rab hachobel,* magiſter funis. Synechdochice, pro eo qui nauim ducit, ad puppim ſedet, clauum tenet, & aliis dat mandata neceſſaria. Gal. *Qui tient en main les cordages.* Nominatur etiam *Menaheg,* ductor, à verbo *Nahagh* duxit, quod cognationem habet cum *haghah,* mouit, ductio enim fit cum motu. Et *Robheh,* paſtor. Gubernatores enim, & reges ſunt, aut eſſe debent, paſtores populorū. Deus ſæpiſſime paſtor Iſraelis, id eſt, Eccleſiæ, nominatur, Gubernatio, κυβέρνησις, διοίκησις, Hebr. *tachbulah,* i. gubernatio prudens, induſtria, conſilium. *Prou.* 1. 5. & 12. 20. 18. & 24. 6. *Iob.* 37. 12. *Chebol* (*chable*) funis à verbo *Chabal* obſtrictus eſt alicui gubernatio prudens funibus & vinculis legum homines quantumuis feroces in officio continet.

¶ Poeticae Sententiae.

*Cum lapides viui pacis compage ligantur,*
*Inque pares numeros conuenit vna domus,*
*Claret opus Domini, qui totam conſtruit aulam,*
*Effectumque piis dat ſtudiis hominum.*
*Quorum perpetui decoris ſtructura manebit,*
*Si perfecta autor protegat atque regat.*

¶ PHILOSOPH. PLACITA.

Gubernatoria eſt ars gerens magiſtratum in eos qui nauigatione participant. *Plut. in Alcib. 1.*

Res fouet tranquilla moderatio imperii, eoq; nutriendo perducit, vt bonam frugem libertatis maturis iam frugibus ferre poſſint. *Liuius, Decad. 1. l. 2.*

Plerumq; rudiores homines melius regunt ſuas reſpublicas quā aſtuti: Si enim volunt videri ſapientiores legibus, & vincere ea quæ ab aliis dicuntur, quia ingenia in maiore oſtentare non poſſunt: ideo in multis negotiis ciuitates euertunt. Rudiores vero diffidentes ingeniis, nolunt eſſe callidiores legibus nec certare dicendo cū aliis, conſcii ſibi ſuæ infirmitatis; ideo ſæpius proſunt ciuitatibus. *Thucyd. lib. 3.*

Gubernant omnia humana, Deus, fortuna, & ars *Fic. in Plat.*

Gubernatio recta eſt, cum fit gratia gubernanti, nō gubernatori. *idem in Plat. de Regno.*

Gubernatori caſus inopinatus accidere ſolet, quia vel non omnia conſpicit, vel non omnibus dominatur, ſoletq; caſus ab externis incidere. Aut vniuerſum ſub vnius diuinæ mentis Imperio conſpectuq; comprehenditur, vt nihil ſubterfugere præuaricariq; poſſit, præſertim quia eſt, vt vita mundi in qualibet parte tota, ſic & intelligentia in hoc viuente corpore tota ſimul vbiq;, nec tractat intrinſecus materias alienas nec in plura diſtrahitur, ſed ſuam agitat intus, & ex vno ordine totam, totamq; facile regit intelligendo, quam viua, viuendo viſicat, quam corpus agit eſſendo. *Fic. in Pla. 3. li. 3. c. 2.*

Gubernare ſeipſum feliciter difficilimum eſt: ac ciuitatem impoſſibile eſt ex tam multis ac diuerſis compoſitam, cui quotidie innumerabiles incertiq; imminent caſus beate vnquam abſq; Deo beatitudinis auctore componere. Hinc ciuitas vnaquæq; numen patronum habet. *Fic. de Repub. Plat. dial. 7.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Socrates* dicebat vehementer abſurdū eſſe cū artes ſedentarias nemo profiteatur abſq; dedecore, qui eas non didicerint neq; quiſquā ſcriniū faciendū locet ei, qui rudis ſit eius opificii: ad publicos magiſtratus admitti, qui nunquā dederunt operā diſciplinis: ſine quibus nemo poteſt recte magiſtratū gerere. Cumq; nemo nō deteſtaturus ſit eū, qui clauo aſſideret, ignarus artis nauticæ: multo magis deteſtandus, qui Republ. capeſſerent ignari politicæ philoſophiæ. Neque eum putabat appellandum impoſtorem, qui à quopiam pecuniam aut vaſculū acciperet, quod non poſſet reddere, ſed illos magis im-

poſtores

poſtores habendos dicebat, qui dolo perſuaderent ſe idoneos gubernandæ Reipublicæ, cum ſint homines nihili. Hoc dictum multo magis ad principes, magiſtratus & epiſcopos Chriſtianos pertinet, quam ad Ethnicos, *Eraſ, li.3. apoph.*

*Idem* illum impudenter facere dicebat, qui cum boues efficeret pauciores, poſtularet tamen haberi bonus bubulcus: ſed multo abſurdius eſſe, ſi quis haberi velit bonus Reip. gubernator, qui ciuium numerum imminuat. Hoc dictum torſit in Critiam & Chariclem, qui multos ciuium trucidarant. Nec illos id latuit: Critias enim illi minatus eſt, niſi ſileret, fore vt ipſe quoq; faciet boues pauciores: & quod minatus eſt verbo, re præſtitit, nam huius opera Socrates periit. *Laertius in vita Socratis.*

# Gula.

## DEFINITIO ET ETYM[...]

GVla, Græce λαιμαργία, ας, ἡ, & λαίμαργης, [...] uo, & λαιμὸς, ȣ͂, ὁ, guttur dicitur. Hebr. *Lobah* [...] bo *Lobah*, abliguriuit, deglutiuit.

Et eſt gula immoderata cibi auiditas, vel in[...] cibi & potus, *ſecundum B. Thom. ſecunda Secunda* [...] *ticul.1. & Albertus Magnus in Compendio ſuo* [...] 20,

Hinc degulo verbum, hoc eſt, gulæ trado. *Plautus* [...] *gulato patrimonio, pauper eſt factus.* Hinc gulo[...] etiam ingluuies, id eſt ventris rapacitas.

## ❡ DIVISIO.

GVLA eſt inordinatus appetitus delectabilium ſecundũ guſtum, & eſt peccatum. *Ex B. Tho. ſecunda Secunda qu. 148.*

- *Mortale, cum quis delectationi ciborum & potus inhæret, paratus ſcilicet contra præcepta Dei agere, vt delec[...] modi conſequatur.*
- *Veniale, cum eſt immoderata concupiſcentia delectabiliũ guſtus, ita tamen, quod propter hoc nihil ageret [...]*
- *Generale, habens ſpecies quinque in hoc verſu ſubſcripto contentas, Nam art. 4.*
  - *Quantum ad comeſtibile, triplex contingit inordinatio.*
    - *Prima, quantum ad ſubſtantiam, cum cibaria [...] runtur, dicitur, Laute.*
    - *Secunda quãtum ad qualitatem, cum nimis accura[...] rantur, Studioſe.*
    - *Tertia, quantum ad quantitatem, cum maior debito [...] mitur, dicitur, Nimis.*
  - *Quantum ad modum comeſtionis, & contingit inordinatio duplex. ſcil.*
    - *Prima, cum nimium præuenitur cibi tempus, & dicitur [...]*
    - *Secunda cum non ſeruatur debitus modus, & dicitur, Ar[...]*
  - *Verſus: Præpropere, Laute. Nimis, Ardenter, Studioſe.*
- *Capitale, quia ex inordinato appetitu delectabilium guſtus, deordinatur homo, art. 5. & 6.*
  - *Ex parte animæ quatuor:*
    - *Primo, acies mentis vel rationis per fumoſitates ciborum, & dicitur, Hebetudo ſenſus.*
    - *Secundo, affectus, qui deordinatur conſequenter per defectum rationis & dicitur, Inepta lætitia.*
    - *Tertio, locutio, quæ deordinatur ſuperfluis & inhoneſtis, & dicitur, Multiloquium & Turpiloquium.*
    - *Quarto, actus qui deordinatur per defectum rationis, cuius erat exteriora componere, & dicitur, Iocularitas vel Scurrilitas.*
  - *Ex parte corporis.*
    - *Conſequitur emiſsio quarundam ſuperfluitatum, & [...] ditia.*

### ❡ Biblici Loci.

Gula opus tenebraram, *Rom. 13. 13.*

### ❡ Sententiae Biblicae.

Cum comederis, & ſaturatus fueris, caue diligenter, ne obliuiſcaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra AEgypti, & de domo ſeruitutis. *Deut. 6.*

Filius veſter ſi comeſſationibus vacat, & luxuriæ, atque conuiuiis; lapidibus obruet eum populus. 21.

Anima ſaturata calcabit fauum (ſpiritualium) & anima eſuriens pro dulci amarum ſumet. *Prou. 27.*

Omnis labor hominis in ore eius, ſed anima eius non adimplebitur bonis. *Ecc. 6.*

Somno ſalubri fruuntur viſcera temperantis, mane ſurgit idem, & compos eſt animi, labor autem vigil & cholera, torſioneſque exercent hominem in ſatiabilem. *Eccl. 31.*

Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo (concupiſcentia) cuſtodi clauſtra oris tui, *Mich. 7.*

Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini *Matth. 6.*

Qui voluerit animam ſuam (animalitatem) ſaluam facere perdet eam: qui autem perdiderit propter me, inueniet eam. 18.

Væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. *Luc. 6.*

Attendite vobis, ne forte grauentur corda veſtra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ. 21.

Qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt, ſapiunt. *Rom. 8.*

Sicut in die honeſte ambulemus: non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentionib. & æmulatione: ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis. *Rom 13.*

Si mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi: quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis? (quid ſapidum vel inſipidum.) *Coloſſ. 2.*

Optimum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis, quæ non profuerunt mbulantibus in eis. *Hebr. 13.*

*Gula delectationem, non neceſſitatem quærit*

Sic primi parentes. Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignũ ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile & tulit de fructu eius, & comedit, deditq; viro ſuo. *Geneſ. 3.*

Sic filii Iſrael faſtidientes manna, carnes concupierunt. *Nu. 11.*

*Deum offendit.*

Vnde primi parentes grauiter ſunt puniti. *Geneſ. 3.*

Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas [...] tuos: in dolore paries filios tuos, & ſub viri poteſtate [...] minabitur tui: Adæ vero dixit: Quia audiſti vocem [...] comediſti ex ligno, de quo præceperam tibi, ne come[...] cta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea [...] vitæ tuæ: Spinas & tribulos germinabit tibi, & come[...] ræ. *ibid.*

In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec [...] ram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluere[...] *bidem.*

Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec def[...] modi cibus, & ecce furor Domini concitatus in pop[...] eum plaga magna nimis. *Num. 11.*

Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum [...] 20.

*Intellectum deprimit.*

Accepto pane & lentis edulio, comedit & bibit, & [...] dens, quod primogenita vendidiſſet. *Gen. 25.*

Introducat enim eum in terram, pro qua iuraui pa[...] cte & melle manantem. *Deut. 31.*

Cumque comederint, & ſaturati, craſſique fuerint [...] Deos alienos, & ſeruient eis, detrahentq; mihi, & ir[...] pactum meum, *Deut. 31.*

Ne quis fornicator, aut profanus, vt Eſau, qui prop[...] vendidit primitiua ſua, *Hebr. 12.*

*Affectum inficit.*

Huiuſcemodi enim Chriſto Domino noſtro non [...] ſuo ventri: *Rom. 16.*

Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione [...] terrena ſapiunt. *Philip. 3.*

*Corpus interficit.*

Propter crapulam multi obierunt, qui autem abſ[...] ciet vitam. *Eccl. 37.*

*Subſtantiam perdit.*

Sic Eſau pro lenticulæ edulio primogenituram ven[...]

Qui diligit epulas, in egeſtate erit: Qui amat vinum [...] non ditabitur. *Prou. 21.*

In diebus Noe edebant, & bibebant, vxores duc[...]

…tur ad nuptias vſque in diem, qua intrauit Noe in arcam, & ve… diluuium, & perdit omnes. *Luc.17.*

¶ Patrvm Sententiae.

Ventris ingluuies dicit ad eſum: Dominus omnia munda crea… & qui ſaturari cibo reſpuit, quid aliud, quam diuinæ ordinatio… contradicit? *Aug. lib. de conflict. vitior.*

Non propter porcum, ſed propter pomum, mortem primus ho… inuenit, & Eſau primatum ſuum non propter gallinam, ſed pro… lenticulam perdidit. Scio enim, Noe omne genus carnis quod … eſſet vſui, manducare conceſſum, Eliam cibo carnis refectum, … mirabili abſtinentia præditum, animalibus, id eſt, locu… in eſcam cedentibus non fuiſſe pollutum. Et ſcio Eſau lenticu… concupiſcentia deceptum. Et Dauid propter aquæ deſiderium à … reprehenſum, & regem noſtrum non de carne, ſed de pane … *In gl. ſup. Rom.14.*

Malæ dominæ ſeruitur gulæ, quæ ſemper expetit, nunquam ex… Quid enim inſatiabilius ventre? hodie ſuſcipit, cras exigit … impletus fuerit, diſputatur de continentia, quum digeſſerit, … virtutibus dicitur. *Am. in ſerm. de ieiun.*

Fames amica virginitati eſt, inimica laſciuiæ. Saturitas vero ca… prodigit, nutrit illecebram. *ſerm.40.*

… vilis & veſpertinus cibus, olera & legumina, interdumq; pi… pro ſummis ducas deliciis. Qui Chriſtum deſiderat, & illo … veſcitur, non quærit magnopere, quam de pretioſis cibis ſter… conficiat. *Hiero. in ep. ad Paulin.*

Hippocrates in Aphoriſmis docet, craſſa & obeſa corpora, quæ … menſuram impleuerunt, niſi cito ablatione ſanguinis mi… in paralyſin & peſſima morborum genera erumpere: & id… neceſſariam eſſe demptionem: vt rurſum habeant, in quę poſ… creſcere. Non enim manere in vno ſtatu naturam corporum, … creſcere ſemper, aut decreſcere: non poſſe viuere alias, niſi … capax ſit. Vnde & Galenus, vel doctiſſimus Galeni inter… Aleps, quorum vita & ars ſagina eſt (dicit in exhortatione me… nec viuere poſſe diu; nec ſanos eſſe, animaſq; ita nimio ſan… & adipibus quaſi lucro inuolutas, nihil tenue, nihil cœleſte, … ſemper de carnalibus eructare, & ventris ingluuiem cogitare, … *in epiſt.*

Legimus, quoſdam morbo articulari & podagræ humoribus la… proſcriptione bonorum, ad ſimplicem menſam, & pau… cibos redactos conualuiſſe. Caruerunt enim ſolicitudine di… domus, & epularum largitate: quæ & corpus frangunt & … *in epiſt. ad Iouin.*

Semper ſaturitati iuncta eſt laſciuia. Vicina igitur ſunt venter & … pro membrorum ordine, ordo vitiorum. *In quodam ſer…*

Cor habet in ventre guloſus, laſciuus in libidine, cupidus in lu… *in Matth.*

Non cibus, ſed appetitus in vitio eſt, vnde lautiores cibos ple… ſine culpa ſumimus, & abiectiores non ſine reatu conſcien… guſtamus. *Greg. lib.3. Moral.*

Dominante gulæ vitio, omne, quod homines fortiter egerunt, … & dum venter non reſtringitur, ſimul omnes virtutes ob… *Ibid.*

Coquorum princeps muros Ieruſalem deiecit, quia dum venter … tenditur, virtutes animæ luxuria deſtruuntur. *In pa…*

… vitio reſciſſo multa ſimul vitia ſubiugantur. *In Reg.*

Gula innumera vitiorum agmina & animæ conflictum produ… *Ibid.*

… ſemper epulas comitatur voluptas. Nam dum corpus in … delectatione reſoluitur, cor ad inane gaudium relaxa… *lib.1. Moral.*

Non ad conflictum ſpiritualis agonis āſſurgitur, ſi non prius in… noſmetipſos hoſtis poſitus, gulæ videlicet appetitus euomatur, … non ea, quæ nobis ſunt viciniora, proſternimus: inaniter ad … longius ſunt, impugnanda tranſimus. Incaſſum namq; cō… inimicos in campo bellum geritur, ſi intra vrbis mœ… ciuis inſidians habetur. *libro trigeſimo Moral.*

Sæpe edendi ratio ſeruit gulæ, & ſeruire ſe ſimulat indigentiæ na… dumq; venter ingluuie ſe extendit, membra in luxuriam e… *lib.7. Moral.*

… voluptas plerunque ſub neceſſitate ſe palliat, vt vix eam per… quiſque diſcernat: nam dum ſolui debitum neceſſitas petit, … expellere deſiderium ſuppetit, & tanto gula ſecurius in … quanto ſub honeſto nomine neceſſitatis explendæ ſe … *Greg. lib.30. Moral.*

Melius eſt exiguo ſanguine ad vſum veſci, quam ventoſo legu… ad ructum exſaturari, præcipue cum & Eſau non de … ſed de lente ſit reprehenſus, & de ligno Adam non de carne … & Ionathas de guſtu mellis, non carnis, morti adiudica… Econtra vero Elias innoxie carnem comedit, Abraham angelos … carnibus pauit. & de ipſis ſua fieri ſacrificia, Deus præce… *Bern. in apologia.*

Paulus Timotheo modice vino vtendum conſuluit: & Dominus … bibit, ita vt vini potator appellatus ſit. Apoſtolis quoque ha-
bendum dedit, inſuper ex eo Sacramentum ſui ſanguinis edidit. *Ibidem.*

Ipſa deinde qualitas rerum talis deforis apparere curatur, vt non minus adſpectus quam guſtus delectetur, quam iam ſtomachus crebris ructibus repletum ſe iudicet, nec dum tamen curioſitas ſatiatur, ſed dum oculi coloribus, palatum ſaporibus illiciuntur, infelix ſtomachus, cui nec colores lucent, nec ſapores demulcent, dum omnia ſuſcipere cogitur, oppreſſus magis obruitur, quam reficitur. *Ibid.*

Inter prandendum quantum fauces dapibus, tantum aures paſcantur rumoribus, quibus totus intentus, modum neſcias in edendo, interim autem fercula ferculis apponuntur, & pro ſolis carnibus, quibus abſtinetur, grandia piſcium corpora duplicantur. *Super Cant.*

Gulæ ſaturitas nimia aciem mentis abundit, ingeniumq; euertere facit. *Iſid. lib.1. de ſummo bono.*

Quibuslibet eſt is refectus venter ſeminaria luxuriæ parit, nec præualet metus diſcretionum gubernacula moderari ciborum pondere præuocata, Non enim ſola crapula vini mentem inebriare conſueuit: verum etiam cunctarum eſcarum nimietas vacillantem eam ac nutabundam reddit, omnique integritatis ac puritatis contemplatione deſpoliat. *De inſtitution. Monach.*

Gula paradiſum clauſit: primogenituram vendidit: ſuſpendit piſtorem: decollauit Baptiſtam. Nabuzardam princeps coquorum templum incendit, & Ieruſalem totam euertit. Balſaſar manum contra ſe ſcribentem aſpexit in conuiuio, & eadem nocte interfectus eſt à Chaldæis. *Innoc. de vilit. cont. human.*

Nunquam poterit ardentis concupiſcentiæ ſtimulos inhibere, quiſquis deſideria gulæ refrænare nequiuerit. Interioris hominis caſtitas virtutis huius conſummatione diſcernitur: nunquam enim robuſtioribus æmulis colluctari poſſe confidas eum, quem in leuiori conflictu conſpexeris ab inferioribus paruiſque ſuperari. *Ibidem.*

Impoſſibile eſt ſaturum ventrem pugnas interioris hominis experiri, nec bellis robuſtioribus attentari dignum eſſe eum, qui poteſt deiici leuiori conflictu. *Ibid.*

Quidam quum ad edendum aſſederint, inquieta quadam agitatione membrorum intemperantiam animi ſui deſignant, caput excutiunt, brachia exuunt, manus in altum expandunt, & non ſine magna turpitudine quaſi totum epulum ſimul ſint abſorpturi. Ingentes quoſdam conatus & geſtus ſatis indecoros oſtendunt, in vno loco ſedentes, & manibus, quæ prope & longe ſunt, omnia circumcurrunt, ſimulq; panes comminuunt, vina in calices infundunt, diſcos in gyrum circumducunt, anhelant & ſuſpirant præ anguſtia, ita vt exiſtimes eos, alium rugienti ventri potentiorem aditum quærere, quaſi anguſtia faucium non poſſint eſurienti ſtomacho ſatis ſufficienti abundantia miniſtrare, & velut ſuper obſeſſam ciuitatē aſſultum facturus, dubitans, vbi primum expugnationem aggrediatur, dum ſimul in omni parte irruptionem facere concupiſcit. *Hugo in ſuo clauſtr.*

Superſtitioſum quidem nimis in ſuis præparandis cibis adhibēt ſtudium, infinita decoctionum, frixurarum & condimentorum generare excogitantes, modo mollia, modo dura, modo frigida, modo calida, modo cocta, modo aſſa, modo pipere, modo allio, modo cymino, modo ſale condita, ſecundum conſuetudinem prægnātium mulierum deſiderantes, ita quod ſibi deſudant coquorum artes, & fiunt variæ quæſtiones virum fieri debeant aſſata, vel frixa, vel elixa, & tanta ſolicitudine præparantur, vt deuoratis quatuor vel quinq; ferculis, prima non impediant nouiſſima, & cum iam ſtomachus crebris eructibus repletum ſe indicat, nondum tamen curioſitas ſatiatur. Iſti videntur colere ventrem, tanquam Deum. *Ibid.*

Solent Diis templa conſtrui, altaria erigi, miniſtri ad ſeruiendū ordinari: immolari pecudes, thura concremari: Deo ſiquidem ventri templum eſt coquina, altare menſa, miniſtri coqui, immolatæ pecudes, coctæ carnes, fumus incenſorum, ordo ſaporum. *Ibidem.*

Gula, eſt ſolius corporis cauſa, illecebroſus & auidus ciborum appetitus. *Ibid.*

Gula, vel Gaſtrimargia eſt vorax edacitas nauſeanti ſtomacho applaudens, naturalibus finibus non contenta. *Ibid.*

Hæc peſtilentia non vulgari humilitate contenta, profundius ſe porrigit in prælatos, qui ſalmones, lucios, cæteroſq; piſces æquipollenti generoſitate præſignes, variis decoctionum cruciatos martyriis, baptizati adulterantes officium ſacri piperis fonte baptizant, vt ex tali baptiſmate multiformem ſaporis gratiam conſequantur. In eadem menſa terreſtre animal piperis inundatione ſubmergitur, piſcis natat in pipere, auis eiuſdem viſcoſitate ligatur, dumque tot animalium genera vno ventris ergaſtulantur in carcere, aquatile animal ſecum, pedeſtre aereumq; genus in eodem ſepulchro intumulari mirantur: quibus ſi detur licentia exeundi, egreſſus vix portæ ſufficit amplitudo, *Alanus de complanctu naturæ.*

¶ Pos-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Lucan.4.

*O prodiga rerum*
*Luxuries nunquam paruo contenta paratu,*
*Et quæſitorum terra, pelagoque ciborum*
*Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ.*

Sat.4.

*Ah miſeri! quos noſſe iuuat, quid Phaſidis ales*
*Diſtet ad hyberna Rhodopes grue: quis magis anſer*
*Ex ta ferat, cur Tuſcus aper generoſior Vmbro?*
*Lubrica qua recubent conchylia mollius alga.*

Petronius.

*Ingenioſa gula eſt, Siculo Scarus æquore merſus*
*Ad menſam viuus perducitur, atque Lucrinis*
*Eruta littoribus vendunt conchylia cœnas,*
*Vt renouent per damna famem, iam Phaſidis vnda*
*Orbata eſt auibus, mutoque in littore tantum*
*Solæ deſertis adſpirant frondibus auræ.*

Horat.2.Serm.2.

*Quæ virtus, & quanta boni ſit viuere paruo: &c.*
*Diſcite non inter lances, menſaſque nitentes,*
*Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus, & cum*
*Acclinis falſis animus, meliora recuſat.*
*Verum hic impranſi mecum diſquirite, cur hoc?*
*Dicam, ſi potero, male verum examinat omnis*
*Corruptus iudex.*

Fauſtus.

*Sint ignota licet magni patrimonia Crœſi,*
*Immenſa abſumunt alta barathra gulæ.*

Plaut. in Moſtell.

*Ædes plenas eſſe conuiuarum & mulierum miſerum eſt opus.*

Iuuenal. ſatyr. 1.

*Sed quis feret iſtas*
*Luxuriæ ſordes? quanta eſt gula, quæ ſibi totos*
*Ponit apros, animal propter conuiuia natum?*
*Pœna tamen præſens, cum tu deponis amictus*
*Turgidus, & crudum pauonem in balnea portas,*
*Hinc ſubitæ mortes, atque inteſtata ſenectus.*
*It noua, nec triſtis per cunctas fabula cœnas.*
*Ducitur iratis plaudendum funus amicis.*

Idem Satyr. 1.

*Multos porro vides, quos ſæpe eluſus ad ipſum*
*Creditor introitum ſolet expectare macelli,*
*Et quibus in ſolo viuendi cauſa palato eſt.*

Ibidem.

*Interea guſtus elementa per omnia quærunt.*
*Nunquam animo pretiis obſtantibus, interius ſi*
*Attendas, magis illa iuuant, quæ pluris emuntur.*

Ibidem.

*Buccæ,*
*Noſcenda eſt menſura tuæ.*

Ibidem.

*Nec multum cupias, cum ſit tibi gobio tantum*
*In oculis. Quis enim te, deficiente crumena,*
*Et creſcente gula, manet exitus?*

Ibidem.

*Non præmaturi cineres, non funus acerbum*
*Luxuriæ, ſed morte magis metuenda ſenectus.*

Martial. lib. 5. ad Charopinum.

*Improbius nihil eſt hac, Charopine, gula.*

Idem lib. 9. in amicos fictos.

*Hunc quem cœna tibi, quem menſa parauit amicum,*
*Eſſe putas fidæ pectus amicitiæ?*
*Aprum amat, & mulos, & ſumen, & oſtrea: non te.*
*Tam bene ſi cœnem noſter amicus eris.*

Idem lib. 12.

*Non Albana mihi ſit commeſſatio tanti,*
*Nec Capitolinæ pontificumque dapes.*
*Imputet ipſe Deus, nectar mihi fiet acetum.*
*Et Vaticani perfide vappa cadi.*
*Conuiuas alios cœnarum quære magiſter,*
*Quos capiant menſæ regna ſuperba tuæ.*

Horat. ſermon. lib. 2. ſatyr. 2.

*Ieiunus raro ſtomachus vulgaria temnit.*

Idem ſatyr. 7.

*Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ*
*Illuſique pedes vitioſum ferre recuſant*
*Corpus.*

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Quicquid auium volitat, quicquid piſcium natat, quicquid ferarum diſcurrit, noſtris ſepelitur ventribus, quære nunc, cur ſubito moriamur? quia mortibus viuimus. *Senec 10 Rhethor.*

Ventri obedientes animalium numero computantur, non hominum. *c.61.*

Multos morbos fercula multa ferunt, innumerabiles … innumerabiles coquos munerant. *ca.7.*

Vna ſylua pluribus elephantibus ſufficit: homo vero … terra & mari. *ibid.*

Venter præcepta non audit: poſcit & appellat: non … leſtus creditor: paruo contentus eſt, ſi das illi, quod debes … potes. *epiſt.1.*

Vitium ventris & gutturis non ſolum minuit … ſed etiam aufert. *Cic. pro M. Cæl.*

Gula plures occidit quam gladius, eſtque fomes … lorum. *Franc. Patric. de Republ. 5. c. 8.*

*De gula.* DIAL. CVIII.
Franciſci Petrarchæ.

D'OL.

Gula vellicor. RAT. Dixi iam, his medemur, quæ … Nam quis ſponte ægrotantibus medeatur? D. Gula … Proprie id quidem. Nulla res tam vilis tam ſollicitos … por & pudor eſt cogitare, quo ſe humanum inclinat … maiora creatum, niſi reſpuere terrarum tractus, cœliq; … dita penetratis. Meditati eſtis retia, & hamos, & viſcum … rapaces volucres imperio patere, & prædari vobis doc… liud, niſi vt gulæ ſatisfiat, quam non modo explendo … fatigatis, & anguſtum ventrem varia arte laxatus ac pro… quendo, cui aliquanto vtilior fames eſſet, vtiliſſima … & fœdo illi ac miſero ſacculo, ſimul & ſyluis, & nubibus … pacem linquens, Ita tamen eunt res. Hic eſt mos nobi… os, hæ ſunt artes, quæ liberales fuerant, mechanicæ … bellorum duces, ac philoſophi, ac rectores vrbium, ac … eſſe ſolent, venatores atque aucupes facti ſunt, vtque … lam eſſe reliquam ſpem ſalutis: Nobilitati tribuitur … læ, aut proculdubio vanitatis. Hoc malum nullo me… generoſa quadam indignatione, & rei ipſius exiſtima… ditur, vel ſenſim, vt Ciceroni placuit, vel repente, vt A… eſt. Multum confert cogitatio exitus, quod cum omni… commune tamen huic proprium, atq; luxuriæ.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Anonymus*, Sybarites quidam, quum Spartæ in Phi… uaretur: Merito vitæ contemptores eſſe dixit Spartan… enim ſanæ ſit mentis decies millies mori prius eligere … ius parcitatis eſſe particeps. *Athen. lib. 4.*

*Galienus Cæſ.* quum ei relatum eſſet, populum Ro… re, quod Valerianus pater eius apud Parthos ſeruiret … aditantes: Ecquidnam habemus, inquit, quod prandeam… *Pollio.*

*Auguſtus Cæſar*, quum audiſſet, Erotem Ægypti … emiſſe coturnicem, in pugna ſperantem omnes, ac po… eamq; aſſam deuoraſſe: iuſſit accerſiri hominem, & … confeſſum malo nauis affigi iuſſit: vita iudicans indig… tantillam gulæ voluptatem non pepercisset aui, quæ … multiſq; potuiſſet eſſe voluptati: præterea quæ læto … Cæſari perpetuam in bellis proſperitatem portendere … *man. apoph.*

¶ HISTORICA EXEMPLA.

*Sauromatæ* triduo ad ſaturitatem ſe ingurgitant, & … dominis per omnia parent. *Stob. ſerm. 42. ex Nic. de M… um hiſtor.*

*Artæi* ſingulis diebus fiunt ebrii, conuentuſque … peranterq; ſe habent ad cibum & potum. *Alexand. …* 14.

*Lityerſas* Midæ filius nothus Celænorumq; eorum … am incolebant rex, vir adſpectu agreſtis, & inſuauis … rax. *Soſitheus Tragicus.*

*Amaranthus Alexandrinus*, Herodotus ſcribit … garenem magnitudinis fuiſſe trium vlnarum cum … fortia habuiſſe, ac ſex panis ſemodios ediſſe, carnium … binos congios vini bibiſſe. *Athenæus libro decimo, cap. …*

*Fuit Heraclides* pugil infiniti prope cibi potuſq; cap… periebatur illi compar in potando. *Plutarchus lib. prim… 6.*

*Ethnicorum Pontificum Romanor.* luxurioſam … *Macrobii li. 3. c. 13.*

*Claudius Cæſar* conuiuiis plus nimio deditus, vini … petentiſſimus, vſq; adeo, vt ſæpe ſtomachum vomitu … onerare *Suetonius.*

*Flauius Vopiſcus* indicat, Aureliano in deliciis fuiſſe … quendam, qui vno die ad menſam Imperatoris edere … grum, centum panes, veruecem & porcellum: bibere … dibulo ori appoſito plus orca uini *Theatr. Zvving. …*

¶ EMBLEMATA.

Captiuus ob gulam.
Andr. Alciat. Emblema XCIV.

*Regnatorq; penus, menſæq; arroſor herilis,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Oſtrea mus ſummis vidit hiulca labris.*
*Quis teneram apponens barbam, falſa oſſa momordit:*
*Aſt ea clauſerunt tacta repente domum.*
*Deprenſum & tetro tenuerunt carcere furem.*

Gula.

Emblema. XC.

*Curculionis gruis tumido vir pingitur aluo,*
*Qui Laron, aut manibus geſtat Onocrotalum.*
*Talis forma fuit Dionyſii, & talis Apici,*
*Et gula quos celebres delicioſa facit.*

Paruam culinam duobus ganeonibus non ſufficere.

Emblema XCIII.

*In modicis nihil eſt, quod quis lucretur: & vnum*
*Arbuſtum geminos non alit erithacos.*

Aliud.

*In tenui ſpes nulla lucri eſt: vnoque reſidunt*
*Arbuſto geminæ non bene ficedulæ.*

In garrulum & guloſum.

Emblema XCV.

*Voce boat torua, prælargo eſt gutture, roſtrum*
*Inſtar habet naſi multiforiſque tubæ.*
*Deformem rabulam, addictum ventrique gulæque*
*Signabit, volucer cum Truo pictus erit.*

§ FABVLA.

Liguritor.

Liguritori cuidam & gulæ dedito; inque primis cupido boni vini, quique per iocum paraſitico more ſoleret guſtare, quicquid ante appoſitum vini eſſet, & optimum iterum atque iterum poſcere, quod bona, ſecundum vetus verbum, repetenda ſæpius diceret: Is igitur quidam diues, apud quem crebro cœnitaret; curauit argenteo poculo vrinam hominis propinari, at ille deceptus, & argenteo colore auide primum haurire, ſed mox offenſus teterrimo odore, ſuſpicatus id, quod res erat, ſe lotium bibiſſe, vt certius experiretur, admouere nares poculo, & re comperta nauſeare atque corrugare naſum. Tum is, qui illum inuitauerat: Nunquid tibi hoc placet, inquit? Non admodum, inquit ille: Certe, inquit, hic bonum fuiſſe ſcio. Credo, inquit ille, ſed in dolio corruptum eſſe apparet.

Fabula duo ſubiicit, & gulæ deditos omnibus fere in odio, & diſſimulare iram in offenſis optimum eſſe.

---

# Guſtus ſeu Guſtatus.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPH.

GVSTATVS in nobis acrior eſt, propterea quod ipſe eſt tactus quidam, qui ſit in homine acerrimus. *lib. 2. de Anim. cap. 9. Tex. Ariſt.*

Guſtus & in eo, quod guſtatur, cernitur, & in eo, quod non guſtatur: quale eſt id, quod vel paruum, vel malum ſaporem habet, vel guſtum labefactat. *Libro ſecundo de Animo, capite 10. Text. 103.*

Guſtus ſenſus eſt, quo res, quæ ſub tactum cadunt, & quæ alunt, internoſcuntur. *lib. 3. de anim. c. 12. T. 46.*

Guſtatum animalibus natura tribuit, vt voluptatem & dolorem in cibo ſentiant, expetant, atque ad eum veniant. *lib. 3. de Animo, cap. 13. T. 68.*

Guſtatus ſalutarem cibum à peſtifero ita ſecernit, vt inſuaue & ingratum fugiat: ſalutarem gratumque appetat. *libr. de Senſ. cap. 1.*

Guſtus ſenſus ſimilis eſt tactui coagmentatione, & diſcretione; inſuperque ad meatus progreſſione & figuris. Aut acerba ſunt, aut leuia ea, quæ ad guſtum pertinent: aliquando enim & extergentia linguam acerba apparent, moderata exterſione prædita ſalſa: incidentia vero & diffundentia carnem acida; at contraria leuiaque & dulcia in ſuccum obliqueſcunt. *Tim. Locrus de anima mundi & natura.*

Guſtus eſt iudex variorum ſuccorum, à quo porrexerunt Dii venas ad cordis ſedem, quibus diuerſi liquores examinarentur. Hæc dum dilatantur varie, & contrahuntur, ſecundum ſuccorum incidentias eorum varietatem diſcernunt. *Alcin. c. 19.*

Guſtus inſtrumentum exiſtimat Ariſtoteles nec humidum eſſe debere, nec tale vt humeſcere nequeat, quippe cum humidum ſit futurum, quod eſt guſtandum. Reſpondebit forſan aliquis; hoc ipſum, quod eſt guſtabile, non eſſe ſimpliciter humorem, ſed humorem ſapidum: opportuit igitur inſtrumentum guſtus humorem in ſe duntaxat ſapidum non habere, vel potius, quoniam guſtus ſenſibile proprium quodam tactu, guſtat, neceſſe eſt ipſum pati, velut à quodam non guſtabili ſolum, ſed tangibili: quapropter & velut ab humido: quamobrem oportet inſtrumentum eius propria humiditate prius non eſſe ſubmerſum. *Priſ. in Teophr. cap. 39.*

Guſtus verum inſtrumentum linguam non eſſe, nec carnem tactus exiſtimant Ariſtoteles, & Theophraſtus, ſed proportionem habere ad medium: ſed inſtrumentum eſt ſpiritus. *Priſcan. in Theophr. cap. 40.*

Guſtus ſani indicium nullum certius apud medicos eſt, quam ſi illa, quæ ſalubria ſunt, eadem & ſuauia videantur, & contra, quæ lædunt plurimum, eadem & offendant. *Fic. epiſt. lib. 4.*

Guſtus aquæ liquoribus comparatur, & potu & humidis ſaporibus vehementiſſime delectatur. *Marc. Fic. in Plat. conuiui. 5. ſap. 2.*

Guſtum inſtrumentum non oportuit eſſe aridum, & humectationi prorſus ineptum, cum alimentum aridum in ore liquefieri oportet, ne offendat, & facilius illabatur: ideo oportuit facilime & inſtrumentum humectari, & linguam habere ſpongioſam, quæ ſtomachi pulmonem, cerebri ſtillicidiis irrigetur, & alimentorum combibat liquores, nec tamen oportuit humorem in ſe viſcoſum habere, vel multum alioquin & hebetaret ſenſum, & liquorem venientem eſſe humidum non perciperet: humidum enim ad tactum pertinet, & guſtus eſt quaſi tactus, & tactui proximus. *Fic. in Priſc. Theophr. c. 49.*

*FINIS LIBRI SEPTIMI.*